Delectatus deinceps est masculo cantu, quum molles fractasque modulationes ut per-

niciem morum aversaretur. Quo nomine maxime amplexus eſt Timotheum, artis ejus professione celebrem. Ille enim accommodatâ ad ingenium illius ſcientiâ, modo, quem Phrygium appellant, ita aliquando eum rapuit, ut tanquam divino inſtinctu exardesceret animo, & velut propinquo jam hoſte, ad arma capienda prosiliret.

Eloquentiæ etiam ſub Anaximene Lampsaceno ſtuduit: quæ res poſtmodum incolumitatem urbi attulit, quum Persarum opibus ſtudentem Alexander diruere conſtituisset. Conſpicatus enim Anaximenem extra mœnia prodeuntem, nec dubitans, quin pro patria deprecatum venisset: *Græcorum Deos* teſtatus eſt, *non facturum ſe quod petiisset.* Quo audito, callidus ille rogavit, ut Lampsacum dirueret. Ille & jurisjurandi religione adſtrictus, & magis etiam præceptoris olim ſui ſagacitate delinitus, gratiam delictorum Lampſacenis fecit.

Comœdos ut inſtituto ſuo parum congruentia tractantes, corrumpendisque moribus natos, contempsit. Neglexit & pugiles, quanquam maximi tum in Græcia fierent; forte quod otiosos & ſaginæ addictos, valida membra ſpectaculorum potius ludibriis, quam patriæ necessitatibus commodare, non probabat.

Reliquas artes, etiam quas ipse non attigerat, impense fovit. Unde ex toto fere orbe passim ad ipsum confluebant, quicumque in-

me une ſource de corruption pour les mœurs. C'eſt ce qui lui fit eſtimer Timothée, qui excelloit dans cette partie. Ce musicien ſçavoit rendre ſa musique conforme au caractere du Prince, y faire entrer le mode Phrygien qui le raviſſoit au point de paroître tranſporté comme par une inſpiration divine qui le faiſoit courir aux armes, comme s'il eût été en préſence de l'ennemi.

Il fut inſtruit dans l'éloquence par Anaximene de Lampſaco, & cette ville, qu'Alexandre vouloit ruiner, parce qu'elle favoriſoit le parti des Perſes, dût à ce maître ſa conſervation. Dans le temps où elle étoit assiégée, Anaximene ſort de la ville : Alexandre qui l'apperçoit, ſe doutant qu'il venoit lui demander le pardon de ſes concitoyens, *jura par les Dieux des Grecs qu'il ne lui accorderoit pas ce qu'il venoit demander* : à ces paroles l'habile Rhéteur le pria de détruire Lampſaco. Le Prince lié par ſon ſerment, ou plutôt adouci par l'adreſſe de ſon maître, lui accorda le pardon qu'il demandoit en faveur de ſa patrie.

Il mépriſa les Comédiens, parce qu'il ne trouvoit rien dans leurs piéces qui ne fût contraire au plan de conduite qu'il s'étoit propoſé, & à la pureté des mœurs. Il ne faiſoit aucun cas des Athletes qui s'exerçoient l'un contre l'autre à coups de poings, quoique les Grecs fréquentaſſent beaucoup ce ſpectacle. Peut-être les regardoit-il comme des hommes inutiles & qui ſe conſervoient plutôt pour le divertiſſement du peuple, que pour le ſervice de la patrie.

Il favoriſa tous les autres arts, même ceux auxquels il ne s'étoit point appliqué. Tous les artiſtes & les ſçavants qui ſe croyoient ſupérieurs par leurs ta-

lents, ſe rendoient de tous les pays à la Cour de ce Prince, lui préſentoient les ouvrages de leur eſprit ou de leur main, & ce Roi libéral dont la fortune répondoit à ſa générosité, les récompenſoit avec magnificence & les chargeoit de ſes bienfaits. Les étrangers que la diſtance des lieux éloignoit de ſes Etats, dès qu'ils ſe diſtinguoient par la ſcience ou par la vertu, avoient un droit acquis ſur ſes largeſſes. L'émulation que ces récompenſes faiſoit naître ſous ſon regne, rendit ſon ſiécle un des plus fécond en grands hommes dans tous les genres. Les mœurs & les eſprits ſe forment ordinairement ſur le caractere des Princes, & preſque tous les changements qui arrivent dans les Etats, ſont la gloire ou le déshonneur des Princes qui les gouvernent.

CHAPITRE QUATRIÉME.

HOMERE étoit celui de tous les Auteurs anciens qu'Alexandre eſtimoit le plus. Il le regardoit comme le ſeul écrivain qui avoit connu cette ſageſſe politique qui fait la force & la durée des Empires. Sa passion pour ce Poëte étoit si grande, qu'on le ſurnomma en langue Grecque *l'amant d'Homere*. Il en avoit toujours les ouvrages entre les mains, & les mettoit toutes les nuits avec ſon épée ſous ſon chevet. Il l'appelloit *ſon art militaire*, & *la meilleure provision d'un homme de guerre*. Il eſtimoit Achille heureux d'avoir eu un si grand homme pour panégyriſte.

Quand après la bataille d'Arbelles, on eut trouvé parmi les dépouilles de Darius une caſſette d'or

signi aliquâ peritiâ præcellere sibi videbantur : eique vel ingenii ſui monumenta dedicabant ; vel exhibito artis ſuæ ſpecimine , a munificentissimo regum , & cujus animo fortuna responderet , immensas plerumque divitias consequebantur.

Etiam quos procul positos præclara eruditio aut virtus commendabat , iis ingentia munera ultro largiri consueverat. Igitur tantus ea tempeſtate Doctorum atque ſolertium hominum proventus fuit , ut vix ulla ætas bonis artibus copiosior exſtiterit. Solent enim ingenia moresque componi ad principum mentem ; omnisque fere temporum inclinatio regnantium infamia , vel decus eſt.

CAPUT QUARTUM.

Ex veterum monumentis nihil antehabuit Homero , quem unum omnem ſapientiam , quâ imperia conſtant , optime complexum esse autumabat ; adeoque eum cordi habuit , ut Græco cognomento amator Homeri diceretur: Libros ejus ſemper ſecum ferre ſolitus , etiam quum quieſceret , una cum pugione ſub cervicali reponebat , *militiæ ſuæ viaticum , & inſtitutionem bellicæ virtutis* appellans. Achillem prædicabat felicem , quod tantum virtutis ſuæ præconem invenisset.

Reperto inter Damascenam prædam materiæ curæque exquisitissimæ ſcrinio , & diſ-

quirentibus amicis cuinam usui convenientissime destinaretur : Ipse, Homero, inquit, dedicabimus ; ut pretiosissimum humani ingenii monumentum, elegantissimo etiam opere servetur. Inde obtinuit, ut emendatissima poëtæ editio, quam magna cura comparaverat Alexander, è narthecio vocaretur ; quippe scrinium illud, quum adhuc Persarum esset, unguentis & odoribus adservandis serviverat.

Quidam prospere gestæ rei nuncius, quum citato cursu ad eum ferretur, dextramque porrigeret, vultu maximæ lætitiæ notas præferente : *Quid mihi nuntiaturus es tanto gaudio dignum*, inquit, *nisi forsan Homerus revixit?* Sed tum eò jam felicitatis pervenerat, ut propemodum exsatiatæ gloriæ nihil deesse putaret, præter idoneum buccinatorem. Crebrâ autem lectione totum fere edidicit, ut nemo neque promptiùs eo familiariùsque uteretur, neque exactiùs de eo judicaret. Ex omnibus autem ejus carminibus maxime probabat versum, quo boni simul imperatoris, robustique militis laudes Agamemnoni tribuuntur ; eumque præcipuum virtutis incitamentum, & veluti morum suorum magistrum habuit. His itaque disciplinis imbutus, summæ fortunæ vim atque dignitatem egregie tutatus est : superbia & licentia, quâ quidem solâ principes agunt, abstinuit.

Cultu curaque corporis haud multum supra privati modum eminens, virtute potius

enrichie de pierreries, ſes amis lui demandèrent à quel uſage il la deſtinoit : *C'eſt pour mettre en dépôt*, leur répondit-il, *les Livres d'Homere : je conſerverai dans cet ouvrage précieux la production de l'eſprit humain la plus parfaite.* L'édition de ce Poëte qui avoit été revue & corrigée par Ariſtote, fut nommée *l'édition de la boëte aux parfums*, parce que Darius y avoit mis pour ſon uſage les eſſences & les parfums les plus exquis.

Quelqu'un lui apportant la nouvelle d'un événement heureux, avançoit vers lui à grand pas, préſentant la main avec un air plein de ſatisfaction. *Quelle nouvelle si intéreſſante avez-vous à m'annoncer ? Homere reparoîtroit-il ſur la terre ?* La fortune alors étoit pour lui si conſtante, qu'il croyoit qu'il ne manquoit pour mettre le comble à ſa gloire, qu'un homme capable de célébrer ſes actions. Il avoit lu si ſouvent Homere qu'il le citoit de mémoire, en faiſoit les applications les plus heureuſes, & perſonne n'en connoiſſoit mieux le mérite. L'endroit où ce Poëte peint Agamemnon comme un habile capitaine & un ſoldat robuſte & infatigable, lui plaiſoit beaucoup : il ſe le rappelloit pour s'exciter à la bravoure & régler ſa conduite. Inſtruit par ces connoiſſances, il ſoutint avec gloire le poid & la dignité de ſon rang, ſans jamais l'avilir ni le compromettre par l'orgueil & la licence, motifs aſſez ordinaires des actions des Grands.

Il ſe diſtinguoit peu des particuliers par les ornements extérieurs, perſuadé qu'un Prince doit ſe fai-

re remarquer plutôt par ſes vertus que par la pompe des habits. Son naturel étoit enjoué, humain & affable ; mais il évitoit les ſuites d'une trop grande familiarité. Il aimoit le vin ſans donner dans l'excès, & dés qu'il en avoit le loisir, il préféroit la converſation au plaisir de la table.

Il eut tant de mépris pour la volupté, que ſa mere craignit qu'il ne fut incapable d'avoir des enfants. Il ſe fit une loi inviolable de reſpecter les liens de l'amour qui unit les époux ; ſes mœurs longtemps irréprochables lui mériterent la réputation d'un grand Roi, juſqu'au moment où, comme emporté par la ſéduction de la fortune, il ſortit inſensiblement de cette premiere modération.

Le cheval Bucephale, ainsi appellé, parce que ſa tête avoit la forme de celle d'un bœuf, lui fournit l'occasion de prouver en préſence de ſon pere & du public, ſa force & ſon adreſſe. La Theſſalie nourisſoit alors dans ſes plaines, des chevaux propres à monter la cavalerie. Philonicus de Pharſale crut que Bucephale qui l'emportoit ſur les autres par la grandeur & le feu dont il étoit plein, devoit être préſenté au plus grand prince de la Grece. Il l'amena à Philippe & en reçut ſeize talents.

On deſcendit dans la pleine pour le faire eſſayer. Perſonne ne put le monter, tant il étoit ombrageux & ſe cabroit dès qu'on vouloit l'approcher. Philippe fâché qu'on lui préſenta un cheval si farouche & si indomtable, commandoit de le remmener. Aléxandre étoit préſent, il en parut affligé. *Quel che-*

quam veſtium ornatu anteire ſuos, imperatorium censebat; hilaris, humanus, affabilis; ut tamen contemptum excluderet: vino deditus, ſed citra ebrietatem: nam si otium nactus esset, ſermonibus magis quam compotatione tempus extrahebat.

Voluptates ita contempsit, ut matri curam injiceret, ne planè ad generandum inhabilis esset. Illud in primis religiose tenuit, ne cujus thorum violaret. Quibus vitæ morumque inſtitutis diu inhæsit; magnumque & memorabilem regem egit: donec impetu quodam, & velut torrente fortunæ convulsus & mutatus, priſtinam animi moderationem paulatim exueret.

Animi robur cum insigni dexteritate, magna patris & aliorum admiratione oſtendit in equo Bucephalo; nam id nomen bubuli capitis figurâ insignitus acceperat. Plurimum tum equeſtri laude pollebat Thessalia; nobiliumque equorum greges multis locis alebantur. Eminebat tamen inter omnes viribus & ſpecie Bucephalus, quem Philonicus ex Pharsalia oriundus, maximo in illis regionibus principe dignum exiſtimans, ad Philippum adduxerat, ſedecim talentis venalem.

Quum autem velocitatem equi obsequiumque experturi in campum descendissent; nemo amicorum ſatellitumque regis tractare eum potuit, quin insurgebat in omnes, & conſcendere conatos ferocia exterrebat. Jamque pro indomito, & ob feritatem inutili, reiin-

quebatur, quum ſuſpirans Alexander: *Qualem iſti equum perdunt, per mollitiem animi, & tractandi imperitiam!* Quo ſæpius repetito, a patre increpitus, quod qui emendare non poſſet, majores peritioresque convitiis incesseret: *Ego verò*, inquit, *emendabo, pater, si permiseris.* Atque illo ſubjiciente: *Fruſtratus autem quam pœnam pendes? Equi*, inquit, *pretium luam*; exortoque omnium risu, convenit, *ut victor equum patre emente haberet, victus amitteret pecuniam.*

Tum Alexander comprehensis equi habenis, eum ita ſtatuit, ut in adversos ſolis radios conversus, umbram ſuam conspicere non posset: eâ enim antea exterritum acrius ferociisse observaverat: quumque nihilominus æſtuaret, jubam demulcens, demissâque ſenſim chlamyde, in ſævientem adhuc insilit. Ille parendi insolens, cervicem & calces jactare, multâque pervicaciâ contra frenum niti; denique proripere ſe conari, & ingenti violentiâ cursum moliri.

Spatiosa & equitabilis planities ſuberat; ergo ferocientem exsultantemque effusis in collum habenis, adactisque calaneis eum ingenti clamore in cursum permittit. Ingens deinde campi ſpatium evectus, jam lassatum & consiſtere volentem impellere non antea deſtitit, quam exauſtum cursu, & labore domitum, mansuetiorem jam mitioremque reduxisset.

val ils perdent là, dit-il, *faute d'adreſſe & de hardieſſe.* Son pere qui lui entendit repéter les mêmes paroles, lui fit connoître qu'il étoit imprudent à un jeune homme comme lui, incapable de le domter, d'offenſer par ces reproches des hommes qui, malgré leur âge & leur expérience, ſe croyoient obligés à le renvoyer. *Je le ſoumettrai*, répondit-il, *si vous me permettez d'en faire l'eſſai. Mais que voulez-vous perdre*, lui demanda Philippe, *si vous ne pouvez réuſſir? Je payerai*, dit-il, *le prix du cheval.* Cette réponſe excita la ſurpiſe, & fit rire l'aſſemblée : on convint que *s'il gagnoit, ſon pere lui payeroit le cheval; que s'il perdoit, il en donneroit lui-même le prix.*

Alors le jeune Prince s'approche du cheval, prend les rênes, lui tourne la tête au ſoleil : il avoit remarqué que ce qui l'effarouchoit & l'effrayoit, c'étoit ſon ombre qu'il voyoit tomber devant lui & ſe remuer à meſure qu'il s'agitoit. Bucephale n'en paroiſſoit pas moins fougueux; mais Alexandre le careſſant de la main laiſſe tomber ſon manteau, & s'élançant légérement il ſaute deſſus, quoiqu'il parût encore peu tranquille. Le cheval qui n'avoit point appris à obéir, ſe cabre avec férocité, réſiſte, veut ſe débaraſſer du cavalier, & prend le frein.

La plaine étoit ſpacieuſe & propre au manége. Alexandre baiſſe la main à ce cheval fier & ardent, & en lui parlant d'une voix plus rude, lui appuie les talons & le pouſſe à toute bride. Bucephale fatigué d'une longue courſe, vouloit s'arrêter; mais il ne ceſſa de le pouſſer qu'il ne l'eût mis hors d'haleine & réduit par la fatigue à devenir plus traitable.

Philippe verſa des larmes en l'embraſſant après qu'il fut deſcendu de cheval, & lui baiſant la tête : *Mon fils*, lui dit-il, *cherche un autre Royaume qui ſoit plus digne de toi ; la Macédoine ne te ſuffit pas.* Bucephale ne ſe laissoit monter que par ſon maître, & il n'auroit pas été sûr pour tout autre de l'approcher : après avoir ſervi long-temps le Prince dans ſes combats & avoir couru les mêmes dangers, il périt dans la bataille contre Porus. Les plus excellents artiſtes crurent ſe faire honneur en tranſmettant Alexandre & Bucephale à la poſtérité. On montre ces deux ſtatues de marbre qui repréſentent un homme qui domte un cheval, ouvrage de deux artiſtes rivaux, Praxiteles & Phidias. Selon plusieurs écrivains reſpectables, elles repréſentent Alexandre ; mais on peut révoquer en doute la vérité de ce fait.

CHAPITRE CINQUIEME.

Le mérite d'Alexandre & les preuves qu'il avoit données de ſa capacité engagerent Philippe à lui confier, quoiqu'il n'eût que ſeize ans accomplis, l'adminiſtration du Gouvernement pendant qu'il assiégeoit en perſonne les Byſantins. Quelques-uns des Medarores, peuples de Thrace, ſujets de Macédoine, regarderent l'abſence du Roi comme un temps fort propre à exécuter le deſſein qu'ils avoient formés de ſe révolter. Le jeune Prince charmé de trouver cette occasion de ſe faire connoître, marche contre eux à la tête des Capitaines que ſon pere avoit laiſſé auprès de lui. Après avoir vaincu

Descendentem manantibus gaudio lacrymis complexus eſt pater ; osculoque capiti impresso : *Majus imperium sibi circumspicere* jussit, *nec enim Macedoniæ regnum tantam indolem capere.* Poſthæc Bucephalus quum in ceteros ferociam ſuam retineret, uni Alexandro mira ſubmissione paruit ; multorumque mox laborum atque discriminum ſocius, in prœlio adversùs Porum periit. Dignum id argumentum visum eſt, quo illuſtrarent opera sua nobilissimi artifices ; duas ex marmore ſtatuas equum domantis oſtentant, Praxitelis & Phidiæ certamen. Alexandri eas imagines eſſe, quamvis ambigi possit, auctores non obſcuri crediderunt.

CAPUT QUINTUM.

HIS atque talibus ingenii animique experimentis eam apud Philippum exiſtimationem nactus eſt, ut quum ipse Byzantinos obsidione urgeret, idoneum jam crediderit filium, cui libera cum poteſtate Macedoniæ curam committeret, annos omnino ſedecim habentem. Quo comperto, Medarorum quidam, Thracia natio, Macedoniæ ſubjecta, opportunum defectioni quam dudum agitabant tempus advenisse rati, consilia nudavere. Sed adolescens oſtentandæ virtutis occasione lætus, cum ducibus a patre relictis pro-

pere in eos movit : victisque & ejectis rebellibus , urbem eorum varii generis convenis habitandam dedit : illi Alexandropolim ex nomine auctoris sui appellavere. Philippus eventu rei gaudens , ceterum solicitus ne suo arbitrio permissus adolescentis animus , majora viribus cum exitio capesseret , evocavit eum , ut se magistro , ardorem prudentiâ temperare disceret : & in subigendis Chersonesi oppidis, strenua promptaque opera ejus usus est.

Ceterum quum ad Byzantium , validam urbem , hæreret obsidio , civibus egregie pro libertate pugnanribus ; iisque Græci Barbarique , quibus incrementa Philippi suspecta erant , certatim auxilio venturi nunciarentur : desperata victoria , id unum agitabat , quanam ratione quàm minimo copiarum atque famæ damno ab obsidione discederet.

Imperabat eo tempore Getis , Scythico populo , Atheas : qui armis Istrianorum pressus , auxilium a Philippo petiverat , spe adoptionis facta , si fessis Getarum rebus succurreret. Idem , quum imperator decessisset , belli metu liberatus , Macedonas vacuos remiserat , negans *vel ipsorum auxilio , vel adoptione Philippi eguisse ; cui adversùs hostes satis propriarum virium , & in successionem regni filius esset.* Eam Barbari contumeliam ulturum ferens Philippus , omisso Byzantio , in Scythiam convertit agmen ; ubi concerto prœlio , quum numero superiores Scythæ essent , nec virtutis pœniteret , arte Philippi Macedonibus victoria

ces

ces rebelles, il les chaſſe de leur ville, qu'il livre à toutes ſortes d'étrangers : ces nouveaux habitants l'appellerent de ſon nom, Alexandropole. Philippe ſe réjouit de ſes premiers ſuccès ; mais craignant que ſon fils, voulant diſpoſer à ſon gré de ſes actions, ne ſe livrât inconſiderément à ſon ardeur & à ſa vivacité, il l'appella auprès de lui pour devenir lui-même ſon maître & le former au métier de la guerre. Il le chargea de ſoumettre les villes de la Cherſoneſe, & Alexandre s'y comporta avec beaucoup de prudence & de courage.

Occupé au siége de Byſance, ville bien fortifiée, la réſiſtance opiniâtre des citoyens qui combattoient pour leur liberté, retardoit ſes opérations militaires. Certain que les Grecs & les Barbares, jaloux des ſuccès de Philippe, venoient au ſecours de cette ville, il déſeſpera de la victoire & chercha le moyen de lever le siége, ſans expoſer ſes ſoldats & compromettre la gloire de ſon nom.

Athéas étoit alors Roi des Gétes, peuples de la Scythie. Preſſé par les Iſtriens qui étoient en guerre avec lui, il demanda du ſecours à Philippe, lui promettant de le prendre en adoption, s'il vouloit le défendre contre ſes ennemis ; mais le Général Iſtrien le délivrant par ſa mort des ſuites de la guerre, il renvoya les Macédoniens ſans leur tenir parole : ajouta même, *qu'il n'avoit point eu beſoin de leur ſecours ni de l'adoption de Philippe ; que ſes propres forces lui ſuffiſoient pour s'oppoſer à ſes ennemis, & que ſon fils étoit capable de lui ſuccéder.* Philippe offenſé de cette réponſe, ſe retire de devant Byſance, conduit ſes troupes en Scythie pour punir l'ingratitude de ce Roi, livre la bataille, &

voyant qu'il lui étoit ſupérieur par le nombre de troupes, & qu'il ne témoignoit aucun regret de ſa conduite, il eut recours à la ruſe pour remporter la victoire. Tout le butin ne consiſtoit qu'en troupeaux & chevaux : un grand nombre de femmes & d'enfants furent captifs. Les Gétes n'amaſſoient point de richeſſes, contents des vivres qu'ils pouvoient ſe procurer chaque jour, ils regardoient la pauvreté comme un des avantages de la vie.

A ſon retour de la Scythie, les Triballes, peuples de Moesie diſputerent le paſſage à Philippe, prétendant avoir leur part au butin qu'il avoit fait. Il avoit à ſa ſolde des ſoldats Grecs qui ſouffroient avec peine de n'en point recevoir leur part après avoir partagé les dangers de la guerre. La révolte éclata, il en fallut venir aux mains. Le combat fut rude & ſanglant ; il y demeura beaucoup de monde ſur la place de part & d'autre : le Roi même y fut bleſſé à la cuiſſe, & du même coup ſon cheval fut tué ſous lui, tant le trait qu'il avoit reçu avoit été pouſſé vivement. Alexandre accourut le premier au ſecours de ſon pere renverſé par le coup qui lui avoit été porté, & le couvrant de ſon bouclier, il tua ou mit en fuite tous ceux qui venoient ſe jetter ſur lui. Ainsi l'amour du fils ſauva le pere, & ceux qui venoient pour le percer ſe retirerent avec d'autant plus de promptitude, qu'ils le crurent tué. On peut dire qu'il dût la conſervation de ſes jours au danger même où ſa bleſſure l'avoit expoſé, & qu'il évita la mort par l'opinion où l'on étoit qu'il étoit mort. Au milieu de ce déſordre tout le butin fut perdu.

Cette bleſſure rendit Philippe boiteux. Comme

cessit. Cujus omne pretium pecorum equorumque maximi greges, & infirmioris ætatis sexûsque captivi fuere : ceteræ prædæ nihil exceptum est : quippe opibus minimè studebant Getæ : sed quotidiano victu contenti, paupertatem inter vitæ commoda numerabant.

Cetetum quum ex Scythia regrediens, longo impédimentorum agmine, per Triballos iter faceret, illi opportunis locis occupatis transitum negabant, nisi prædæ partem accepturi. Erant in exercitu Philippi mercenarii Græcorum milites, qui & ipsi quum in discriminis partem venissent, commodorum exsortes haberi moleste ferebant. Inde ortâ seditione ad manus ventum est : tam acri certamine, ut multis utrinque cadentibus etiam rex sauciaretur ; transfosso femore, eodemque vulnere interfecto equo : tanta vis adacti teli, tantaque virtus inferentis ictum fuit. Ibi tum ante omnes prosiluit Alexander, jacentemque clypeo protegens, irruentium in eum alios occidit, alios avertit in fugam. Ita filii pietate servatus est, abscedentibus qui oppressuri fuerant : eò promptiùs, quod interfectum crediderant : sic ipsi vulneris atrocitati vitam debuisse visus, mortis opinione mortem effugit ; præda inter consternationem amissa est.

Ceterum ex vulnere claudicare coactus,

quum initio eam corporis deformationem ægro animo ferret, memorabili ad posteritatem adolescentis voce monitus est, *non irasci vulneri, cujus opera ad singulos gressus suæ virtutis admoneretur*. Satis jam gloriæ potentiæque Philippo quæsitum erat; satis etiam periculorum atque vulnerum pertulerat, si quietem pati posset animus ambitione vecors.

Tributarios Illyriorum Macedonas, omnium non vicinorum modo, sed etiam longe dissitorum dominos effecerat: Triballos subegerat: Thraciam habebat in potestate: multis Græcorum populis imperabat: alios metu, aut largitionibus tenebat obnoxios. Thessalos Daochus, Cineas, Thrasydæus, cum Eudico & Simo Larissæis; Arcades Cercidas, Hieronymus, Eucalpidas: Argivos Myrtis, Teledamus, Mnaseas; Eleos Euxitheus, Cleotimus, Aristæchmus, regio jugo subdiderant: Messenios Philiadæ liberi, Neon & Thrasylochus; Sicyonios Aristratus & Demaratus; Megarenses Ptœodorus, Helixus, Perilaüs; Eubœenses Hipparchus, Clitarchus, & Sosistratus, suæ quique civitatis principes, conciliabant: Olynthum Euthycrates & Lasthenes prodiderant. Una Spartanorum civitas veteris disciplinæ egregie tenax, & proditionis immunis fuit.

Sed quum imperio totius Græciæ immineret, Atheniensium maxime opes morari des-

dans les premiers temps cet accident lui faisoit peine, le jeune Alexandre lui dit ces paroles dignes d'être conservées à la postérité : *Vous ne devez point vous fâcher d'une blessure qui vous rappelle votre bravoure à chaque pas que vous faites.* Il avoit acquis assez de gloire & de puissance, il s'étoit assez exposé à tous les hazards des combats, il étoit même assez couvert de blessures pour jouïr en paix de ses victoires ; mais l'ambition est un tyran qui ne permet aucun repos.

Les Macédoniens étoient auparavant tributaires des Illyriens, & il les avoit rendu maîtres des peuples voisins & des plus éloignés. Il avoit subjugué les Triballes, réduit la Thrace sous son obéissance, & commandoit à plusieurs peuples de la Grèce qu'il avoit tenu dans la dépendance par la crainte ou par ses largesses. Daocus, Cinéas, Thrasydée, Eudicus, Simon lui avoient conquis les Thessaliens ; Cercidas, Hieronymus, Eucalpidas, les Arcadiens : Myrtis, Teledame, Mnaséas, les Argiens : Euxithée, Cléotime & Aristechme, les Eléens : les enfants de Philiade, Neon & Thrasiloque, avoient engagé dans son parti ceux de Messine : Aristrate & Démarate, les Sicyoniens : Préolore, Helixe & Périlas, ceux de Mégare ; Hipparque, Clitarque & Sosistrate, ceux d'Eubée ; tous ces hommes étoient les chefs de leur ville ; Euthycrates & Lastheres lui avoient livré Olynthe. Sparte seule, jalouse de son ancienne discipline, ne pût être trahie.

Philippe qui aspiroit à l'Empire de toute la Grèce, reconnoissoit facilement que la puissance des

Athéniens s'oppoſoit à ſon entrepriſe. Il avoit da
Athènes des hommes qui favoriſoient ſes deſſein
mais le peuple qui avoit en main l'autorité, pe
ſuadé par l'éloquence de Démoſthenes, s'oppoſ
aux vues ambitieuſes des Macédoniens. Plusieu
diſputes qui s'étoient élevées, comme il arrive aſſ
ſouvent entre des voisins puiſſants, leur avoie
montré que Philippe étoit un Prince politique
fourbe, hardi dans ſes projets, & qui poſſedé de
fureur des conquêtes, étoit ſans foi & ſans honneu

Il étoit particulierement animé contre eux, par
que le ſecours qu'ils avoient donné à Byſance, l'
voit empêché de s'en rendre maître. Ils y avoie
envoyé une armée navale de six-vingt voiles,
ceux de Rhodes & de Chio, à leur perſuatior
avoient ſuivi leur exemple. On penſoit la bleſſu
que ce Prince avoit reçue dans le combat cont
les Triballes, & pendant ſa guériſon, il s'occuppo
en ſecret des moyens de ſurprendre Athenes. Il r
tenoit ſon armée ſous prétexte que les nations d'I
lyrie, dont le naturel féroce ſouffroit avec peine
joug de l'obéiſſance, faiſoient déjà des entrepriſ
pour s'y ſouſtraire. Alexandre envoyé contre l
Barbares, les défait & les met en fuite : ſes premie
ſuccès & ſa bravoure firent une si forte impressic
ſur lui & ſur les autres, que l'on crut comme l
qu'il ne le cédoit en rien à ſon pere, & qu'il pou
voit même ſans lui exécuter les plus grands deſſein
Les opérations que nous venons de rapporter ſoi
l'ouvrage de deux années.

Philippe, après avoir tout diſpoſé pour ſon pro
jet, crut que le moment de le remplir étoit enfi
arrivé. L'occasion favorable ſe préſente, il la ſaisit

tinata cernebat; nec deerant in civitate qui res ad ipsum traherent: ſed populus, qui omnia poterat, impellente Demoſthene contra Macedonum opes nitebatur: crebrisque ut inter potentes vicinos contentionibus, ingenium Philippi callidum, audax, & ob dominationem fidei famæque negligens cognoverat.

Maxime urebat regem recens dolor, quod ad Bysantium, Atheniensium operâ, spe suâ excidisset: qui non modo centùm & viginti navium classem obsessis auxilio miserant; sed & Chiis Rhodiisque eadem audendi auctores fuerant. Igitur dum percuratur vulnus in Triballis acceptum, omnia occulte præparabat, quò Athenienses improvisus opprimeret. Exercitum retinenti obtentui erant Illyriorum nationes, quæ ingenio feroces, & ſervitutis inſuetæ, impositum nuper jugum excutere tentabant. In eos Alexander missus, barbaris fusis fugatisque, eam de fortuna atque virtute ſua ſpem, & reliquis fecit, & ipse concepit, ut jam sine patre rebus gerendis ſe parem exiſtimaret. Hæc per biennium geſta.

Philippus autem præparatis omnibus, quæ olim deſtinaverat exequi maturum ratus, exoptatissimâ occasione oblatâ, ante initium

veris cum exercitu in Græciam venit : convocatis etiam ex Peloponneso copiis ſociorum. Quippe Amphyctionum decreto creatus erat Imperator Græcorum, ut insolentiam Locrorum, qui Amphissam incolunt, caſtigaret : namque Cyrrhæum agrum Apollini dicatum, Amphyctionum auctoritate contemptâ, colere perseverabant ; ducemque ab his creatum, interemptis quibusdam, vulneraverant.

Erat tum Philippo fœdus cum Atheniensibus, ſed parum in eo præsidii futurum arbitrabantur, si regi violandæ fidei merces adfulsisset. Igitur legatos ad ipsum mittunt, petituros *ut pactis ſtaret ; aut certe ante ver adultum nihil hoſtile moliretur ; deliberaturum intereà populum Athenienſem, quâ ratione controversiæ*, quæ inciderant, *componi possent.* Thebas quoque legationem decernunt, quæ exposito *communi periculo*, hortaretur *ut simul cum ipsis tutelam Græciæ ſuſciperent.* Sed Philippus per hospites & amicos, quorum Timolaus, Theogitonque & Anemœtas plurimùm apud cives ſuos poterant, Thebanos in amicitiâ Macedonum continuit. Ratusque, si cum ſolis Atheniensibus futura res esset, facile ſe ſuperiorem fore, victis ad Amphissam Locris eorumque ſociis ; in Phocidem raptim ducto agmine, Elateam finibus Thebanorum simul Atheniensiumque imminentem occupat, impositoque præsidio, velut in belli ſedem, operibus munit. Ejus rei nuncius noctu Athenas perlatus, tanta trepidatione urbem imple-

mande du Péloponcſe toutes les troupes des Alliés & entre dans la Grece ávant le commencement du printemps. Un décret des Amphictyons l'avoit déclaré Général des Grecs pour réprimer l'inſolence des Locriens qui habitoient la ville d'Amphiſe. Ceux-ci, au mépris de l'autorité des Amphictyons, occupoient les terres de Cyrrhe, conſacrées à Appollon : ils avoient bleſſé le chef envoyé contr'eux & tués plusieurs d'entre ceux qui l'accompagnoient.

Philippe avoit alors un traité d'alliance avec les Athéniens, perſuadés qu'ils ne devoient pas ſe repoſer ſur ce traité avec un Prince toujours prêt à violer ſa parole dès qu'il y trouvoit ſon avantage. Ils lui envoyoient des Ambaſſadeurs pour lui *demander d'en accomplir les conditions ou de ne faire aucun acte d'hoſtilité avant le milieu du printemps ; que cependant le peuple d'Athènes chercheroit toutes les voies de conciliation pour accommoder les différents ſurvenus entr'eux*. Ils envoyoient en même-temps un autre Ambaſſadeur aux Thébains pour leur repréſenter le danger commun qui les menaçoit, & les engager à prendre avec eux la défenſe de toute la Grèce. Timolaüs, Téogiton, & Anemœtas qui avoient un grand crédit auprès de leurs concitoyens, furent ceux d'entre les amis de Philippe qui le ſervirent plus utilement : par leurs intrignes il ſe conſerva les Thébains. Perſuadé qu'une victoire remportée ſur les Locriens & leurs Alliés, lui ouvriroit le chemin aſſuré vers Athènes, parce qu'il pourroit alors occuper ſes forces contre cette ville ſeule, il ſe hâte d'avancer dans la Phocide, ſe ſaiſit d'Elatée qui commandoit également les frontieres des Thébains & des Athéniens, y met une bonne garniſon & la

fortifie comme pour en faire le siége de la guerre. Athènes reçut pendant la nuit des nouvelles de sa marche. Le peuple troublé s'assemble dès le jour naissant ; le héraut, selon la coûtume, demande à haute voix : *Est-il quelqu'un qui ait à proposer un conseil salutaire à la patrie ? qu'il monte dans la tribune.* Personne ne se présente. Démosthènes enfin ouvre un avis conforme à la conjoncture présente & aux besoins de l'Etat. Il les engage à assembler un corps d'armée, à mettre la flotte en mer, & les porte à envoyer sur le champ des Ambassadeurs vers les Thébains pour les engager à former une ligue commune contre Philippe. Son avis est suivi dans tous ses chefs, on forme un décret, Charés & Lysicles sont nommés Généraux, & Démothènes, à la tête de l'ambassade, part sur le champ pour Thébes.

Philippe ne fut point surpris de leur démarche : il s'attendoit à soutenir une guerre importante si ces deux peuples s'unissoient. Athènes étoit alors redoutable par ses richesses, ses forces & son crédit : la puissance réelle des Thébains ou l'opinion qu'on en avoit, n'étoit pas à mépriser. On n'avoit point encore oublié la bataille de Leuctres, dans laquelle ils avoient ôté aux Lacédémoniens la domination de la Grèce. Le Prince pour maintenir l'affection de ses Alliés, & rompre les diverses factions, y envoie deux Macédoniens. Amynthe & Cléarque : Pithon, Bizantin, les accompagnoit, & Philippe se reposoit beaucoup sur son éloquence. Voici le discours que cet Orateur prononça dans l'assemblée des Béotiens.

vit, ut quum primo diluculo populus in concionem venisset, invitante ex more præcone, *qui ſalutare patriæ consilium haberet, uti diceret*, nemo ſurrexerit. Donec Demoſthenes congruentia tempori disserens, persuasit, *ut è veſtigio classis & exercitus educerentur; & legati tum ad cæteros Græcos, tum imprimis ad Thebanos mitterentur.* In hanc ſententiam decreto facto, Chares & Lysicles copiarum imperatores conſtituti; Demoſthenes legationis ad Thebanos princeps ire jussus eſt.

Non fefellerat ea res Macedonis ſolertiam; ſatisque prospiciebat, quanta belli moles oritura esset, si inter iſtos populos fœdus convenisset. Quippe Atheniensium civitas tunc etiam opibus & auctoritate ſatis pollebat: nec Thebanorum aut potentia contemnenda erat, aut opinio; necdum exoleverat memoria Leuctricæ pugnæ, quâ principatum Græciæ Lacedæmoniis extorserant. Igitur ut & ſociorum confirmaret animos, & diversæ factionis machinationes præverteret; Amyntam & Clearchum Macedonas eò misit; addito, cujus eloquentiæ plurimum fidebat, Pythone Byzantio: quem in concilio Bœotorum ita locutum accepimus.

CAPUT SEXTUM.

» SI Philippo in Macedoniâ residente, Elateam Atheniensis exercitus haberet; neque vobis ullum cum Rege fœderis aut amicitiæ jus esset : tamen dubitare non debeo, quin illius ſocietatem essetis optaturi. Quis enim illum tantâ potentiâ, tantisque rebus geſtis, civitati famâ quam viribus validiori non præponeret ? Nunc autem quum illo, qui victricibus copiis velut veſtibulum urbis veſtræ obtinet, ſocio atque amico utamini; ab Atheniensibus multis veteribus atque novis injuriis affecti sitis; horum amicitiam, neglecto Rege, vobis ſuadere, profectò contumelia eſt, Thebani. Sed ſuperbissimi mortalium sibi ſolis ingenium consiliumque ſuperesse autumant; reliquos, & imprimis Bœotos (vobis enim præ cæteris inſultant) ineptos & rudes esse nec quæ utilia honeſtaque factu sint dignoscere.

» Itaque, quo nihil eſt dementius, id se vobis persuasuros putant, ut ex ipsorum potius arbitrio, quam utilitate veſtrâ hoſtes atque amicos habeatis, verbis confisi, in quibus omnis ipsorum vis eſt. Sed verba nemo ſanus ante facta habuit; præsertim in bello, urbi res manu geritur, linguæ prom-

CHAPITRE SIXIÉME.

» THEBAINS, si vous n'aviez point d'alliance avec » Philippe, & que l'armée des Athéniens occupât » Elatée, pendant que ce Prince seroit tranquille dans » la Macédoine, je ne doute pas que dans cette po- » sition vous ne souhaittassiez d'être ses amis & ses » alliez ? Qui ne préféreroit un Roi si puissant & si » considérable par les grandes choses qu'il a faites, » à une République qui en impose plus par sa répu- » tation que par ses forces effectives ? Le Prince qui » occupe pour ainsi dire l'entrée de votre ville est » un allié & un ami que vous devez employer à vo- » tre défense : les Athéniens, aux anciens motifs de » plaintes que vous avez contre eux, en ont ajoûté » de nouveaux : ne seroit-ce point vous offenser que » de vous persuader leur alliance au mépris d'un si » grand Roi ? Cette République orgueilleuse s'ima- » gine avoir seule en partage la sagesse & la pru- » dence : elle croit que tous les peuples, & princi- » palement les Béotiens, (car c'est sur vous qu'elle » fait tomber tout ce reproche) sont des peuples » grossiers, sans expérience, & incapables de con- » noître l'honnête & l'utile.

» Mais ce qui met le comble à l'orgueil qui les » séduit, c'est qu'ils croient vous engager par leur » éloquence, qui fait toute leur force, à décider à » leur gré & non sur vos intérêts, qui sont ceux que » vous devez regarder comme amis ou comme en- » nemis. La prudence ne dicte-t-elle pas de préfé- » rer les actions aux paroles ? C'est sur-tout dans la

» guerre où il faut agir de la main, que le talent
» de la parole devient inutile. Ils peuvent s'estimer
» puissants par les armes de l'éloquence ; mais
» la bravoure de Philippe, soutenue par ses forces
» & celles de ses Alliés, lui donnera la supériorité.

» Je ne peux décider si la demande des Athéniens
» tient plus de la témérité que de la folie. Thébains,
» vous disent-ils, recevez sur vous la foudre prête à
» tomber sur l'Attique. Eprouvez à votre perte tout
» le ressentiment d'un Roi ami & allié pour nous
» éviter les horreurs de la guerre. Opposez vos corps
» & vos biens pour empêcher que Philippe ne se
» venge des injures que nous lui avons faites. Est-ce
» là le langage que tiennent des hommes de bon
» sens, ou qui supposent dans les autres un jugement
» sain & éclairé. Quoi ! ceux qui ont saisi toutes
» les occasions de vous opprimer, de vous nuire,
» qui ont employés contre vous la force & les injures,
» qui pensoient établir leur grandeur sur votre
» ruine, ces mêmes hommes osent vous demander
» aujourd'hui de périr plutôt avec eux, que de vaincre
» avec Philippe ?

» Ce Prince qui a passé plusieurs années dans le
» sein de votre patrie, votre éleve, & qui fut instruit
» avec Epaminondas, illustre Capitaine,
» homme respectable, en se formant sur ses mœurs
» dès son enfance, en a reçu l'amour & l'affection
» dont il est pénétré pour votre ville. N'a-t-il pas
» vengé, dans la guerre des Phocéens, les injures
» que vous & Apollon reçûtes, lorsque les Athéniens
» animés par la haine qu'ils vous portoient,
» envoyerent du secours à des sacriléges ? Sur la demande
» & le décret porté par les Amphictyons, il

» ptitudo ſupervacanea eſt. Ut sibi diserti vi» deantur, virtus & fortuna Philippi, tantis » ſuis ſociorumque viribus ſubnixa, plus po» terit.

» Nec enim facile dixerim, ſtolidior an » impudentior sit eorum poſtulatio. Intenta» tum Atticæ fulmen excipite, Thebani: So» cio atque amico Regi bellum cum exitio » veſtro facite, ut nos in tuto simus: veſtros » agros, veſtra corpora objicite, ne injuria» rum ſuarum vindictam ab Atheniensibus » Philippus exigat. Hæccine ſunt poſtulata » hominum, qui aut ipsi ſano judicio utantur, » aut alios uti credant? Qui modò nullam » premendi vos occasionem prætermiserunt; » qui vos contumeliis, injuriis, armis quan» tum potuerunt persecuti, veſtras clades at» que pericula felicitatem suam rati sunt, ii » nunc a vobis petere audent, ut cum ipsis » perire malitis, quàm cum Philippo vin» cere.

» At iſte hospes & alumnus veſter, educa» tus in contubernio Epaminondæ clarissimi » Imperatoris, ſanctissimique viri, cum ip» sius moribus a tenera ætate caritatem urbis » veſtræ imbibit: veſtras & Apollinis injurias » Phocensi bello ultus eſt, quum Athenienses » odio veſtri ſacrilegis auxilia mitterent: ite» rùm communi Amphictyonum decreto exo» ratus, ejusdem numinis contumeliam in Lo-

» cros vindicavit : huc quoque profectus est ; » ut vestris commodis consuleret, non abscessurus, donec vos metu æmulæ inimicæque » civitatis solverit.

» Id sive communibus consiliis viribusque » lubet exsequi, non vetat quominus in prædæ veriùs quam belli societatem veniatis ; » sive quiescitis, transitum concedite : ipse » communium injuriarum idoneus ultor erit : » neque minus ad vos redibit emolumentum » victoriæ ; greges, armenta, mancipia quæ » ex hostibus capientur, maxima ex parte penes vos, ut vicinos erunt : inde Phocensis » belli damna sarcietis.

» Id magis ex usu vestro sit, an vestros » agros uri, vestra oppida expugnari, incendi, diripi, vestras denique res agi ferrique, » quod Athenienses optant, expendite. Nam » iracunda res est suspectus immeritò candor, » quoque pronior benevolentia fuerit, acrioribus stimulis in vindictam agitur.

» Ceterum hæc ita refero, non quò vobis » ingratitudinem exprobrem, de qua nihil vereor ; nec ut formidinem incutiam, qua nihil opus futurum existimo : sed ut Philippi » in vos beneficia, & vicissim in illum vestra » cogitantes admoneamini ; ea demum firma

» punit les Locres d'avoir profané le culte de la
» même Divinité. Il ne s'approche de vous que pour
» ſoutenir vos intérêts, & il ne s'éloignera point
» qu'il ne vous ait délivré de la crainte de cette
» ville orgueilleuſe, jalouſe de votre gloire & tou-
» jours votre ennemie.

» Si vous voulez contribuer par vos conſeils &
» & par vos forces à l'exécution de ce deſſein, c'eſt
» moins à ſoutenir la guerre avec lui qu'il vous ap-
» pelle, qu'à partager le butin. Si vous voulez ob-
» ſerver la neutralité, livrez-lui un paſſage ſur vos
» terres: il eſt aſſez puiſſant pour ſe charger ſeul de
» défendre la cauſe commune: vous n'en partage-
» rez pas moins les fruits de la victoire. Le plus
» grand nombre des eſclaves & des troupeaux ſera
» pour vous, comme en étant les plus voiſins, &
» vous mettront en état de réparer les pertes de la
» guerre des Phocéens.

» Conſidérez ſi vos intérêts ſe trouvent dans ces
» avantages que je vous propoſe, ou ſi vous leur
» préférez l'incendie de vos maiſons, la perte de
» vos villes, l'enlevement de tous vos biens, com-
» me on le ſouhaite dans Athènes. La ſincérité que
» l'on ſoupçonne ſans ſujet s'offenſe aiſément. Plus
» on ſe montre diſpoſé à obliger, plus on ſe porte à
» des extrêmités fâcheuſes pour venger le refus qui
» nous offenſe.

» Je ne prétends pas par ce diſcours vous repro-
» cher une ingratitude que je ne dois point atten-
» dre de votre part, ni répandre une fauſſe crainte
» dans les eſprits. Mon objet eſt de vous rappeller
» les ſervices que Philippe vous a rendus, & ceux
» qu'il eſt en droit de ſe promettre de vous. Les al-

» liances doivent être obſervées avec fidélité quand
» les deux partis y trouvent un intérêt réciproque.
» Si le Prince a plus fait pour vous que vous n'avez
» fait pour lui, vous devez aujourd'hui lui répon-
» dre par une affection égale. Il ſe croira bien ré-
» compenſé de ſes travaux s'il peut ſecourir les
» Grecs : c'eſt pour leur défenſe & leur gloire qu'il
» fait depuis long-temps la guerre contre les Bar-
» bares.

» Plût aux Dieux que les Athéniens plus paiſi-
» bles lui euſſent permis de ſe conduire ſelon ſes
» propres vues, vous apprendriez maintenant que
» ſes armes, qu'on le force aujourdhui à porter dans
» la Grèce pour réprimer les factions des ſéditieux,
» triompheroient dans l'Aſie. Il pouvoit compter
» les Athéniens au nombre de ſes Alliés, s'il n'avoit
» pas cru qu'il étoit indigne de ſon rang, & d'un
» mauvais exemple de dépendre d'un Démoſthène
» & de beaucoup d'autres qui, ſemblables aux vents
» de la mer, conduiſent & ſoulevent à leur gré la
» multitude. S'ils n'étoient conduits que par l'a-
» mour du bien dans ce qu'ils propoſent, on pour-
» roit les regarder comme des hommes déſintéreſſés
» que l'honneur ſeul fait agir ; mais ceux qui le tra-
» hiſſent par intérêt, ſçavent-ils mettre quelque
» différence entre les choſes utiles & dangéreuſes,
» entre la juſtice & l'injuſtice ? Le gain les met en
» action & non l'amour de la vertu & de la patrie,
» ni la crainte des Dieux & des hommes. N'eſpérez
» de tels hommes que des actions conformes à la
» baſſeſſe de leurs ſentiments.

» Votre intérêt particulier les toucheroit-ils
» quand celui de la patrie ne peut rien ſur eux ?
» Leur deſſein eſt de faire retomber ſur vous tous

» atque perpetua esse fœdera, quæ ſervari » utriusque intersit. Quod si majora ſuut illius merita, vobis curæ erit, ut mutuo in » illum animo sitis : ille maximum laborum » præmium putat, ſubvenisse Græciæ, pro » cujus ſalute atque dignitate perpetua cum » Barbaris bella gerit.

» Atque utinam illum Atheniensium furor » ingenio ſuo uti passus esset ; jam in Asia » audiretis arma ipsius esse, quæ nunc coër» cendis improborum moribus, invitus per » Græciam circumferre cogitur. Poterat qui» dem amicis Atheniensibus uti, nisi huic » Demoſtheni, atque aliis quibusdam, qui » imperitam multitudinem, ut expositum ven» tis mare, orationum ſuarum aurâ, quò vo» lunt, impellunt, vectigalem ſe facere in» dignum, usuque & exemplo fœdum exiſ» timasset. Quippe si apud illos honeſtati pre» tium esset, gratuitò boni forent. QUIBUS » honeſta vendere mos eſt, si eadem flagitii » merces detur, utilia a noxiis, recta ab in» honeſtis non diſtingunt : lucro, non affectu » virtutis aut patriæ, neque Deorum homi» numve reverentia ducuntur.

» Nolite honeſti aliquid aut egregii expec» tare ab his hominibus : veſtris utilitatibus » non moventur, qui patriæ tam male consu-

» lunt. Implicare vos volunt iisdem calamita-
» tibus, ex quibus modò Macedonum virtute
» atque fide liberati eſtis : tantoque majori-
» bus, quanto formidabilior hoſtis futurus eſ-
» ſet Philippus, quàm Philomelus, aut Ono-
» marchus fuere.

» Nam in PRECARIO imperio etiam boni
» ducis conatus haud minus cives quàm hoſ-
» tes præpediunt : regum jussis nemo refra-
» gatur ; unius arbitrio cunĉti reguntur. In
» quo, quantum in rebus bellicis momentum
» sit, non ignoratis. Nec jam in uno corpore
» Macedonibus præsidium eſt. Philippum,
» etsi fatum auferret, Alexander regenerat :
» qui jam in adolescenti hac ætate, ea animi
» ingeniique documenta edidit, ut prope con-
» ſtet ſummis Imperatoribus parem esse futu-
» rum.

» Contra apud Athenienses pacis bellique
» arbitrium, quia penes omnes eſt, velut in
» medio positum audacissimus quisque ad ſe
» trahit ; impetu magis quam consilio cunĉta
» aguntur : homines maligni ſuadent, impe-
» riti decernunt : bellum ſumitur animosiùs,
» quam geritur : fœdera haud minori facilita-
» te quam junxere violant. Nam & cum Phi-
» lippo fœdus ipsis eſt : quod quam ſanĉte ſer-
» vent, re ipsâ declarant ; nec enim pro ſe
» fidem violasse ſatis habent ; nisi per ipsos
» latiùs ſerpat iſta contagio.

» les maux dont le courage & la protection des Macédoniens viennent de vous préserver. Ces maux » ne pourroient même qu'augmenter : Philippe se» roit en effet pour vous un ennemi plus redouta» ble que Philomele & Onomarque.

» Dans un Etat où le commandement n'est confié » que pour un temps, les entreprises d'un Capitaine » qui seroit même homme de bien, ne sont pas moins » traversées par l'envie des citoyens que par les efforts » des ennemis. On ne s'oppose point au commande» ment des Rois, tous obéissent à la volonté d'un » seul, & la forme de ce Gouvernement, comme » vous le sçavez, influe beaucoup sur les opérations » de la guerre. La puissance des Macédoniens n'est » pas renfermée dans un seul homme : quand mê» me le destin leur enleveroit Philippe, ils le re» trouveroient dans Alexandre. Ce jeune Prince a » déjà donné des preuves si éclatantes de son cou» rage & de son esprit, que l'on peut assurer qu'il » sera un jour égal aux plus grands Capitaines.

» Chez les Athéniens le pouvoir de faire la paix » ou la guerre est entre les mains du peuple, & » chaque citoyen qui partage les droits du Gou» vernement, le regarde comme un bien qui est à » sa disposition, & qu'il doit faire servir à ses inté» rêts particuliers : la passion, & non la prudence, » y régle les affaires publiques. Les politiques pro» posent, les ignorants décident. On y montre plus » d'ardeur dans la déclaration de la guerre que dans » ses opérations, & on y rompt les alliances avec » la même facilité qu'on les contracte. Consultez » le traité qu'ils ont avec Philippe, & jugez par » leur conduite de la fidélité avec laquelle ils l'ob» servent. C'est peu pour eux de violer leur foi, » s'ils n'engagent encore les autres à suivre leur » exemple.

» Votre fidélité, généreux Thébains, votre bra-
» voure & vos ſuccès, qui font votre gloire, me
» donnent lieu de croire que vous préfererez l'al-
» liance d'un Roi dont l'amitié vous eſt si connue,
» à celle que vous propoſe une ville ennemie & ja-
» louſe de votre gloire. Non, Hercule qui préſerve
» de tous les maux, lui que vous adorez comme un
» Dieu né dans votre ville, ne permettra point que
» vous fassiez à ſon ſang une guerre injuſte & im-
» pie. Je ne vous dirai point que les autres Alliés
» n'ont jamais été dans le cas de ſe repentir de leur
» alliance avec notre Prince, vous pouvez vous mê-
» me les intéroger. « Après que Python eut parlé, on écouta les députés des Alliés ; tous loüerent hautement le Prince & conclurent qu'on *devoit plutôt ſuivre le parti de ce Roi, le protecteur de toute la Grèce, que celui des Athéniens qui en étoient les perturbateurs.*

CHAPITRE SEPTIEME.

MAIS lorſque Démoſthène eut la liberté de parler, » Je m'attendois, dit-il, aux éloges que
» ces hommes payés par Philippe ont fait de ce
» Prince, & aux invectives dont ils nous chargent.
» Le mépris des bienſéances leur fait dépoſer toute
» honte, ils ne réfléchiſſent plus ſur leurs paroles ni
» ſur leurs actions, leur unique objet eſt de jouir de
» l'accompliſſement de leurs désirs. Thébains, si je
» ne me trompe point dans l'idée que j'ai conçue de
» de vous, leurs eſpérances ſeront entierement vai-
» nes, & ils ne porteront à leur Roi qu'une réponſe

» Vestra autem constantia, Thebani, quâ » non minus quam rebus fortiter feliciterque » gestis magni clarique habemini, non sinit » ambigere quin multis experimentis cogni- » tam regis amicitiam semper infestæ æmulæ- » que civitati prælaturi sitis. Neque vero » averruncator malorum Hercules siverit, ut » quem indigenam civemque deum præcipuâ » religione colitis, ejus sanguinem impio in- » justoque bello persequamini. Nam ceteros » quidem socios, quam amicitiæ regiæ non » pœniteat, ex ipsis vos malo cognoscere. Hæc Python. Auditi dein sociorum legati, prolixe commendato regis animo, petiverunt, *ut ipsum potius Græciæ vindicem, quam perturbatores ejus Athenienses sequerentur.*

CAPUT SEPTIMUM.

Chap. III. Au commencement du printemps Alexandre ayant raſſemblé ſes troupes, paſſe en Asie avec une armée plus redoutable par le courage que par le nombre. Parménion conduiſoit trente mille hommes de pied, dont treize mille étoient Macédoniens, cinq mille étrangers ſoudoyés ; les autres étoient des troupes fournies par les Alliés. Les Illyriens, les Thraces, les Triballes ſuivoient ces troupes au nombre de cinq mille, avec mille Archers Agrianiens ; Philotas conduiſoit la cavalerie Macédonienne qui consiſtoit en dix-huit cents chevaux. Calas en avoit autant de la Theſſalie. Il n'étoit venu de toute la Grèce que six cents cavaliers dont Erigius étoit le chef ; & Caſſandre commandoit neuf cens avant-coureurs Thraces & Péoniens.

ſentientibus, etiam Parmenio qui maxime bellum differri voluerat, maxime accelerandum censeret, ultroque jam Alexandrum hortaretur. Itaque omni curâ ad maturandam profectionem conversa, ad Dium Macedoniæ urbem Jovi Olympio ſacrum fecit, inſtitutum ab Archelao, qui poſt Perdiccam Alexandri filium regnavit. Musis quoque ludos ſcenicos fecit per novem dies, pro numero Dearum. Posthæc convivium summâ magnificentiâ celebratum eſt; tabernaculo quod centum lectos caperet, adornato; ibi cum amicis ducibusque, & civitatum legatis accubuit; per exercitum quoque victimas dividi jussit, aliaque præberi, quibus deſtinatus hilaritati dies feſtivis epulis, & fauſtis inſtantis belli ominibus transigeretur.

CAP. III. Vere novo contractis undique copiis in Asiam transjecit, exercitum robore quam numero validiorem ducens. Triginta peditum millia Parmenio ducebat: quorum Macedones tredecim expleverant, quinque erant mercede militantium; ceteram multitudinem ſocii fœderatique miserant. Has copias Illirii Thracesque & Triballi, ad quinque hominum millia ſequebantur; additis mille Agrianorum ſagittariis. Equitatum Macedonum octingentorum Philotas ducebat; & totidem ex Thessalia Calas: a reliqua Græcia ſexcenti omnino equites venerunt, quibus Erygyum præposuit: agmen ducebat Caſſander cum nogentis Thracum atque Pæonum antecursoribus.

Hunc exercitum, non ultra quam in triginta dies proviso commeatu, infinitis Barbarorum copiis opponere non dubitavit; virtute ſuorum fretus, qui vincendo ſenes facti, robore animorum armorumque usu cuilibet multitudini hoſtium insuperabiles erant. Antipatro, quem cum duodecim millibus peditum, & mille quingentis equitibus Macedoniæ Græciæque rebus præfecerat, injunctum, ut continuos in Europa delectus ageret, quibus adversùs præliorum fatique detrimenta exercitus ſubinde novaretur. Spem unam sibi exceperat, quum cetera amicis largiretur. Quidquid enim ſalvâ majeſtate regni abesse poterat, priusquam naves conscenderet, inter ſuos diſtribuit.

Perdiccas prædium quod dabatur non accepit, interrogato rege, quid tandem sibi ipsi reliqui faceret? atque illo ſubjiciente, *Spes: Earumdem ergo*, inquit, *& nos participes erimus, qui tuis auspiciis militamus*. Pauci hunc ſequuti ſunt: per ceteros non ſtetit, quin interrogatus, ubi theſauri ipsius essent? vere responderet, *Apud amicos*. Sane de ſumma rerum alea jacta, non absurde collocasse videtur opes quas habebat: quippe aut victor multo majores adepturus erat; aut si victus esset, iſtas quoque amissurus: atque interim alacrioribus miniſtris utebatur.

Telle étoit l'armée qu'Alexandre oppoſa à cette multitude de Barbares, ſans avoir pris plus de vivres qu'il en falloit pour trente jours. Il ſe repoſoit ſur la bravoure de ſes ſoldats accoutumés à vaincre ; le courage & l'expérience les avoient rendus indomptables contre toutes ſortes d'ennemis & en quelque nombre qu'ils euſſent pu ſe préſenter. Antipater, à qui il avoit laiſſé le gouvernement de la Macédoine avec douze mille hommes d'infanterie & cinq cents chevaux, avoit ordre de faire des levées dans l'Europe pour renouveller ſes troupes & réparer les pertes que les combats ou les maladies pouvoient cauſer dans ſon armée. Avant que de partir, Alexandre diſtribua à ſes amis tout ce que la gloire & la majeſté de l'Empire lui permettoit de donner, & ne ſe réſerva que l'eſpérance.

Perdiccas refuſa d'accepter le fonds de terre que lui offroit Alexandre ; & lui ayant demandé ce qu'il ſe réſervoit pour lui : *l'eſpérance*, répondit le Roi. *Nous partagerons avec vous ces bienfaits*, repliqua le favori, *puiſque nous combattons ſous vos enſeignes.* Celui-ci eut peu d'imitateurs de ſon déſintéreſſement : les autres accepterent ces dons & mirent le Prince dans le cas de répondre à ceux qui auroient pû lui demander où étoient ſes tréſors, qu'*ils étoient entre les mains de ſes amis.* Comme dans cette entrepriſe il riſquoit tout, il ſembloit qu'il plaçoit bien ſes richeſſes. En effet, s'il étoit victorieux, il devoit en poſſéder de plus grandes, ou s'il étoit vaincu, perdre celles dont il jouiſſoit. En attendant l'événement que la fortune lui préparoit, il s'attachoit ſes Capitaines par ſes largeſſes, & animoit ainsi leur courage.

En donnant les fonds de terre & les revenus dont les termes n'étoient pas encore échus, il n'oublioit pas les besoins présents; il réserva de l'argent pour subvenir aux frais de la guerre. La somme étoit modique; mais elle n'en fut que mieux administrée. Après la mort de Philippe, on n'avoit trouvé dans son trésor que cinq cents talents d'argent monnoyé, quelques vases d'or & d'argent, & ses dettes montoient à près de cinq cens talents. Ce Prince qui avoit augmenté la grandeur & la puissance de la Macédoine, tiroit chaque année, des mines d'or auprès de la ville de Crénides, mille talents: il avoit lui-même nommé *Philippe* les piéces de monnoie qu'il faisoit battre. Mais ses libéralités & ses guerres continuelles avoient épuisé son trésor. Il avoit fait aussi de grandes dépenses pour rétablir & embellir la Macédoine qui étoit dans un état très obscure au commencement de son regne.

Selon le témoignage de plusieurs Ecrivains, il n'étoit pas riche quand il monta sur le trône; il possédoit une coupe d'or, environ du poids de cinquante drachmes, qu'il faisoit mettre pendant la nuit sous son chevet. Son fils déclara la guerre au Roi de Perse: celui-ci étoit puissant par ses richesses. On les gardoit (*) pendant son sommeil dans

(*) Chares Mitylenæus, *Libro quinto Historiæ Alexandri*, eo usque luxûs, inquit, processerunt Persarum reges, ut ad verticem regii cubilis supernè esset cænaculum cum quinque lectis, in quo auri talenta quinquies mille nunquam non asservabantur, id cervical regium appellabant: cubilis verò pedibus alterum cænaculum cum tribus lectis vicinum esset, ubi argenti talentorum tria millia reponebantur, quod subsellium scabellumve regis nuncupant. *Vide Athen. Lib.* 12. *Chap.* 2.

Le mot *superne*, n'est point dans le texte original *οἴκημα* rendu par *cænaculum*, doit plutôt être traduit par *conclave*, ou *cubiculum*.

Neque multum abscedebat præsentibus necessitatibus, quum agros & prædia, & reditus quorum dies multo poſt venturi erant, donaret: pecuniâ in belli usum seposita, cujus quanto minor copia erat, diligentiùs administrabatur. Quippe Philippo interfecto, minus ſexaginta talentis pecuniæ signatæ, paucaque ex auro & argento pocula in theſauris ejus reperta ſunt: quum æris alieni quingenta ferme talenta relinqueret. Quamquam enim iſte rem Macedonicam insignibus incrementis auxisset, auri quoque metallis apud Crenidas (ipse Philippos appellavit) ita excultis, ut inde mille talenta annui proventûs cogerentur; continuis bellis, neque minus largitionibus, ærarium exhauserat. Macedoniæ etiam inſtaurandæ ornandæque magnos ſumptus fecerat, quum pauperrimam accepisset.

Ipsum inter initia regni tenuem fuisse, & quum ex quinquaginta drachmis auri poculum haberet, id cubitum euntem capiti ſubjecisse plerique meminerunt. Hujus ergo filius bello lacessivit regem Persarum, cui ſomnum capienti quinque talentorum auri

L'interprete Latin ajoute cette note àu mot *lectis*: theſauri loculis.

Ce qui ſuit dans Athenée confirme l'uſage où étoient les Rois de Perſe, d'étaler ſur des lits, ce qu'ils avoient de plus précieux: *in ejus cubiculo* (Regis Perſarum,) *fuit quoque vitis aurea, gemmis ornata, ſuper lectum diſtenta, cujus uvas Amyntas Libro de ponderibus & ſtateris, ait ex pretioſiſſimis gemmis compoſitas fuiſſe.*

Les expreſſions τρίκλινον, πεντάκλινον; ne permettent pas de douter qu'il s'agit ici de Lits de table.

millia pro cervicali, tria argenti pro ſcabello, ſub capite pedibusque lectuli, peculiaribus cubiculis ſervabantur : quamquam ad paternum æs alienum octingenta insuper talenta, quæ ipse mutuo ſumpserat, adjecisset, ex quibus vix decima portio ſupererat.

Solvisse autem dicitur Timotheo tibiis concinente, ſummâque militum alacritate, opes Barbarorum quos oppugnatum irent, certa fiducia sibi deſtinantium. Hoc modo per lacum quem a vicini montis nomine Cercinitem vocant, ubi classem habebat, in Strymonem invectus, Amphipolin, & deinde ad oſtia Strymonis processit : quo trajecto præter montem Pangæum, viam ingressus eſt, quæ Abderam & Maroneam ducit. Nam in litore iter facere inſtituerat, ut navibus ſuis, quæ juxta ducebantur, præsidio esset, si Persæ forte occurrissent, quippe iſti tum etiam maris imperium obtinebant. Ipsi enim modica classis; at apud hoſtes Cypriæ Phœniciæque naves, adsuetique maritimis rebus classiarii, & exercitatissimi remiges erant. Nam Macedonia nuper tentato maris imperio, nondum abundabat navibus, & a ſociis maligne præbebantur. Etiam Athenienses, quum ab ipsis triremes peterentur, tantum XX. miſerunt : ſuggerentibus eorum Oratoribus, *periculum esse, ne classe accepta contra eos qui misissent, uteretur.*

Ex iis locis ad Hebrum fluvium contendit :

des chambres particulieres. Dans l'une, à la tête de ſon lit, il y avoit cinq mille talents d'or : l'autre qui répondoit au pied du lit, renfermoit trois mille talents d'argent. Il avoit ajouté aux dettes de ſon pere huit cents talents qu'il avoit lui-même emprunté, & dont à peine il lui en reſtoit la dixiéme partie.

On dit qu'Alexandre partit au ſon de la flûte de Thimotée, au milieu des acclamations de ſes ſoldats, qui ſe promettoient déja d'envahir les richeſſes des Barbares contre qui ils alloient combattre. Etant entré dans le Strymon par un lac où étoient ſes vaiſſeaux, (ceux du pays l'appellent Cercinite, du nom d'une montagne prochaine,) il alla premierement à Amphipoli & de-là à l'embouchure du Strymon. Après l'avoir traverſé, il prit le chemin qui conduit à Abdere & à Maronée. Son deſſein étoit de ſuivre ſes vaiſſeaux qui naviguoient toujours le long du rivage, pour les ſecourir, au cas que les Perſes, maîtres de la mer, vinſſent au-devant d'eux pour les attaquer. Sa flotte étoit petite, & celle des ennemis, très-nombreuſe, étoit compoſée de vaiſſeaux de Cypre & de Phénicie, dont les ſoldats & les matelots étoient très-expérimentés. La Macédoine qui tentoit à uſurper l'empire de la mer, n'avoit encore qu'une foible marine, & si les Alliés lui fourniſſoient des vaiſſeaux, c'étoit toujours avec réſerve & avec fort peu de franchiſe. Lorſqu'on en demanda aux Athéniens, ils n'en envoyerent que vingt : leurs Orateurs leur remontroient, qu'il étoit à craindre qu'Alexandre ſe voyant avec une flotte puiſſante, ne s'en ſervît contre ceux qui lui auroient fourni des vaiſſeaux.

Ce Prince ſe rend enſuite ſur les bords du fleuve

de l'Ebre, & l'ayant passé sans obstacle, il entre dans la Pétique, une contrée de la Thrace, traverse le fleuve Mélas, & arrive, vingt jours après son départ à Seste. Cette ville qui regarde l'Hellespont, est bâtie sur les extrémités de la terre ferme, au lieu où l'Asie est séparée de l'Europe par un petit détroit de mer. La Macédoine est jointe à la Thrace, & comme elle a deux pointes qui s'étendent vers l'Orient, elle toucheroit à l'Asie, si elle n'en étoit détachée par la mer. L'Hellespont, qui est à la droite, borne le passage, & plus avant le Bosphore de Thrace sépare Byzance de Chalcédoine. La Propontide, qui est comprise entre ces détroits, commence à s'élargir auprès de la Bithinie & du Pont. La Mysie est au-dessous de la Bithinie : la Phrygie & la Lydie qui la touchent, sont plus éloignées de la mer. En avançant on trouve un pays étendu & fertile, habité par des peuples riches. Les rivages qui regardent la Thrace & la Grèce sont peuplés par les Hellespontiens, & plus loin par les Troyens, connus par leurs infortunes. Au-dessous d'eux, l'Eolie & l'Ionie s'étendent le long des frontieres de la Lydie. La Carie, jointe à la Doride, & dont la plus grande partie est environnée de la mer, n'est pas moins intérieurement spacieuse. Lesbos, Chio, Samos, Rhodes, & plusieurs autres Isles fameuses, dont les noms sont célébres chez les Grecs, sont voisins de ces terres. La Grèce occupoit autrefois tout ce pays par ses colonies, qui alors existoient encore : mais comme elles avoient été soumises aux Rois de Perse & aux Satrapes, elles avoient perdues leur premiere liberté.

quo haud difficulter transmisso, in Pæticam Thraciæ regionem pervenit : inde ſuperato amne quem Melanem appellant, vigesimo poſtquam a domo profectus fuerat die, Seſton attigit in extremis continentis finibus Hellesponto imminentem, quâ anguſtis fluctibus insinuatum mare Asiam ab Europa dirimit. Quippe Macedonia Thraciam conjunctam habet; quæ procurrens in ortum duobus capitibus Asiam tangeret, nisi intercedente pelago ſubmoveretur : dextrâ Hellespontus arcet; ulteriùs Bosphorus, quem Thracium appellant, Byzantium a Chalcedone ſeparat. Inter has anguſtias intercepta Propontis jam laxiore ſpatio juxta Bithyniam & Ponticas regiones diffunditur. Infra Bithyniam Mysia eſt; deinde Phrygia, Phrygiamque contingens Lydia, longiùs a mari remotæ. Interiùs ſpatiosas regiones celebratæ fecunditatis & opulentiæ gentes habitant. Litora quæ Thraciæ Græciæque obversa ſunt, Hellespontii; deinde Troës colunt, calamitatibus inclyti. Infra hos Æolis & Ionia per longa litorum ſpatia Lydiæ prætenduntur. Caria deinde cum adnexa Doride, magna ex parte mari circumfusa, non minus amplo tractu introrsum recedit. His terris nobilissimæ insulæ adjacent : Lesbus Æolica, Chius & Samus Ioniæ, & Dorica Rhodus, aliæque multæ quarum nomina Græcorum monumentis inclaruerunt. Nam antiquis temporibus omnem hanc oram Græcia frequentibus coloniis inse-

derat: quæ tum quoque manebant; ſed Perſarum regi ſatrapisque ſubjectæ, priscam gentis libertatem Barbarica ſervitute mutaverant.

Alexander ubi Seſton pervenit, maximam copiarum partem Parmenione duce, Abydum in adverso litore sitam petere jubet, attributis ad hoc centum ſexaginta triremibus multisque onerariis: ipsę cum reliquis Eleuntem proficiscitur, Protesilao ſacram, cujus ibi ſepulchrum adgeſto tumulo tegitur. Circa tumulum crebræ ulmi ſunt, quarum mira natura eſt. Quippe ramis qui Ilium ſpectant matutino diei tempore enata folia ſtatim defluunt; quum ceteris ſtabilis viriditas sit: Ita acerbum heroïs fatum exprimere creduntur; qui in ipso ætatis flore cum Græcis in Asiam profectus, prima Trojani belli victima fuit. Huic tum Alexander inferias dedit; precatus, *ut melioribus auspiciis hoſtile litus tangeret*. Inde cum quinquaginta longis navibus Sigeum petiit, portumque nomen ab Achivis nactum, quorum classem Trojanis temporibus exceperat. Quum jam in mediis Helleſponti fluctibus navigaret (namque ſuæ navis ipse gubernator erat) taurum Neptuno ac Nereïdibus immolat; aureamque phialam, ex qua libaverat, diis marinis donum, in pelagus abjicit. Jam in portu erat classis, quum rex conjecta in litus haſta, primus è navi librato corpore terram ſaltu contigit; teſtatus, ſe possessionem Asiæ diis bene juvantibus juſto pioque bello sibi asserere. Aræ deinde

Alexandre arrivé à Seſte, envoye la plus grande partie de ſes troupes ſur le rivage, ſous la conduite de Parménion avec ſoixante vaiſſeaux de guerre & plusieurs autres de charge. Il s'avance avec ſes autres troupes vers Eléonte qui eſt conſacrée à Protéſilaus dont on y voit le tombeau ſous une petite élévation de terre; des armes qui ont quelque choſe de ſingulier, l'environnent; les feuilles qui naiſſent à leurs branches qui ſont tournées du côté de Troyes, tombent dès qu'elles s'ouvrent, quoique toutes les autres conſervent leur verdeur. On croit quelles rappellent par là le deſtin déplorable de ce héros qui, dans une floriſſante jeuneſſe, passa en Asie avec les Grecs, & fut la premiere victime de la guerre de Troyes. Alexandre lui offrit un ſacrifice, & *le pria de permettre qu'il entrât ſur une terre ennemie ſous des auſpices plus heureux qu'il n'y étoit entré lui-même.* Ce Prince ſe rendit enſuite avec ſoixante vaiſſeaux à Sigée, & en vit le port connu par la deſcente des Grecs: leur flotte y aborda dans le temps de la guerre de Troyes. Il voguoit au milieu de l'Helleſpont, conduiſant lui-méme le vaiſſeau qui le portoit, lorſqu'il immola un taureau à Neptune & aux Néréïdes; & pour faire une offrande aux Dieux Marins, il jetta dans la mer le vaſe d'or qui lui avoit ſervi pour les oblations. Arrivé au port, il lança un dard ſur le rivage & ſauta le premier à terre, prenant les Dieux pour témoins de ce qu'il ne vouloit, ſous leur protection, poſſéder l'Asie que par une guerre légitime. Il fit élever des Autels à l'honneur de Jupiter défenſeur, de Minerve & d'Hercule, au même lieu où il étoit deſcendu: il commanda d'en élever également ſur le lieu où il avoit levé l'ancre en partant de l'Europe,

Chap. IV. Alexandre passe par la campagne où l'on voyoit encore des marques de l'ancienne ville de Troyes. Il regarde avec attention tous les monuments qui rappellent les actions des héros qui parurent dans la guerre où cette ville fut assiégée par les Grecs. Un des habitants lui offre la lyre de Pâris. *Je ne fais point cas*, lui répondit-il, *d'un instrument qui n'a servi qu'aux plaisirs des hommes lâches & efféminées : donnez-moi plutôt celle d'Achille, qui chantoit sur sa lyre le nom des grands hommes qu'il surpassoit par ses actions.* Il admiroit particulierement ce héros, & se glorifioit d'en tirer son origine. Il courut tout nud avec ses favoris autour de son tombeau, l'oignit d'huile & mit dessus une couronne. Ephestion mit aussi des couronnes sur celui de Patrocle, pour témoigner qu'il étoit ami d'Alexandre, comme Patrocle l'avoit été d'Achille.

Entre les différents éloges qu'Alexandre donnoit à Achille, *il l'estimoit doublement heureux d'avoir eu durant sa vie un ami sincere & fidéle, & d'avoir trouvé après sa mort un excellent poëte pour célébrer ses louanges.* Il offrit également des sacrifices à tous les autres héros dont on lui montra les tombeaux. Il en offrit à Priam sur l'autel de Jupiter Hercius, soit qu'il voulût appaiser ses mânes, parce qu'il avoit été tué par Pyrrhus, fils d'Achille, ou qu'il voulût se faire honneur de l'alliance qu'il croyoit avoir avec les Troyens, parce que Néoptoleme avoit épousé Andromaque, veuve d'Hector. Dans ces sacrifices, il n'oublia point Minerve qu'il respectoit beaucoup ; il suspendit même ses armes dans

conſtitutæ ſunt, ubi exscensionem fecerat, Jovi defensori, Minervæque & Herculi: eo quoque loco, unde ex Europa ſolverat, aras exſtrui jussit.

Cap. IV. Inde processit in campos ubi veteris Ilii ſedes monſtrabatur. Ibi dum heroïcorum operum monumenta avide perluſtrat, quidam ex incolis Paridis ei lyram pollicitus eſt. At ille, *Nihil*, inquit, *moror imbellium deliciarum vile inſtrumentum: at Achillis lyram cedo, fortium virorum laudes eadem perſonantis manu, quâ facta ſuperabat.* Nam Achillem, cujus origine gloriabatur, imprimis mirari ſolitus, etiam circum cippum ejus cum amicis nudus decucurrit, unctoque coronam imposuit. Hephæſtion Patrocli tumulum coronavit: eumdem amicitiæ locum apud Alexandrum sibi esse significans, quem is apud Achillem habuisset.

Inter multos de Achille ſermones, *duplici nomine beatum sibi videri* dixit rex, *quod vivus fidum amicum nactus esset, extinctus magnum præconem.* Ceteris etiam heroïbus, quorum in illis terris ſepulchra oſtenduntur, parentavit. Sacrificavit & Priamo ad Hercii aram, sive ut placaret manes ab Æacida interempti; sive ob cognationem, quam sibi intercedere arbitrabatur, quia viduam Hectoris Andromachen Neoptolemus in matrimonio habuerat. Minervæ, quam præcipua religione venerabatur, ſtudiose ſacrum fecit: ſuspensisque in templo armis ſuis, alia detra-

xit, quæ a Trojani belli temporibus duravisse dicebantur. *Hæc ab armigeris præferri* jubebat, *tanquam a propitio numine ad ſubigendam Asiam commodata : iisque indutum* ferunt *ad Granicum cum Satrapis decertasse.* Alioquin elegantibus armis gaudebat, nullius mundiciei ſtudiosior.

Cetra usum reperio ſplendida ; galea eleganter criſtata, utrimque dependentibus pinnis candore & magnitudine insignibus : thorace lineo duplici : galeam habebat ferream quidem, ſed in purissimi argenti ſpeciem ſplendoremque politam, Theophili opus ; collare ferreum internitentes gemmæ diſtinguebant. Gladio cingebatur acumine & duritie in paucis notabili ; augebatque pretium ejus, quod in tanto ferri robore, levis & tractanti habilis erat. Huic armaturæ interdum amiculum militare injiciebat, quod genus tum *Siculum* appellabatur. Ceterum quibusdam horum poſt id tempus potitus eſt : nam thorax, quem diximus, inter ſpolia pugnati ad Issum prælii fuit ; gladium Citieorum rex Cyprius dono dedit ; Rhodii balteum, quem incomparabili induſtria conspicuum Helicon fecerat, egregius inter priscos artifices.

Neque pœnitet talia memorare, quæ veteribus ſcriptoribus digna relatu videbantur ; & alioqui magnorum regum dicta factaque, etiam quæ leviora haberi ſolent, non sine fructu aut voluptate recoluntur. Certe arma

le temple

le Temple de cette Déesse pour en prendre d'autres qui y étoient depuis la guerre de Troyes. Il les faisoit porter devant lui, comme lui ayant été prêtées par une Divinité favorable, pour subjuguer l'Asie. On rapporte qu'il en étoit revêtu dans le combat contre les Satrapes, près du Granique. Jamais Prince ne fut plus curieux d'avoir des armes propres & polies.

Son bouclier étoit couvert d'un cuir reluisant, & son casque orné de grandes plumes blanches qui tomboient de part & d'autre. Il portoit sur la poitrine plusieurs doubles de toile piquée. Son casque de fer, ouvrage de Théophine, avoit l'éclat de l'argent : son hausse-col, du même métal, étoit chargé de pierres précieuses. Son épée étoit d'une trempe peu commune, & ce qui en augmentoit le prix, elle étoit légere & facile à manier. Il portoit quelquefois par-dessus cette armure, une sorte d'habit militaire, qu'on appelloit alors un manteau à la Sicilienne : il n'adopta cependant pas en même-temps l'usage de ces armes différentes. La toile double piquée dont il se couvroit la poitrine, lui vint des dépouilles de la bataille donnée contre Darius près de la ville d'Isse : le Roi des Citiens lui fit présent de son épée, & les Rhodiens de sa cotte d'armes, ouvrage artistement travaillé par Hélicon, célébre entre les anciens ouvriers.

Je suis entré dans ces détails d'après les premiers historiens. Ce n'est pas sans fruit & sans quelque satisfaction qu'on se rappelle les actions & les paroles des Princes, lors-même qu'elles ne paroissent pas toujours également intéressantes. Les siécles sui-

vants ont témoigné de la vénération pour les armes d'Alexandre, & le temps même les a respecté. Un Général Romain fit servir d'ornement à son triomphe la cotte d'armes de ce Prince, après avoir subjugué les royaumes & les régions du Pont. Un autre ayant fait construire un pont sur la mer à l'imitation de Darius & de Xerxés, se fit gloire de le passer, en portant la cuirasse de ce Roi.

Alexandre en sortant du Temple de Minerve, prit le chemin d'Arisbe où étoient campés les Macédoniens qui s'étoient avancés sous la conduite de Parménion. Le lendemain, ayant passé le long de Percote & de Lampsico, il se se rendit sur le rivage du fleuve Practius, qui prend sa source au mont Ida, & coule entre les terres de Lampsico & d'Abyde, & tournant un peu vers le septentrion, tombe dans la Propontide. Ce Prince passa ensuite au-delà d'Hermote pour arriver à Colones ville des Lampsacéniens, qui 'est assez avant dans les terres. Il reçoit toutes ces villes sous son obéissance, pardonne aux Lampsacéniens, & envoie quelqu'un à Panegore pour recevoir la soumission des Priapéniens qui lui livroient leur ville. Cependant Amyntas fils d'Arrabée, eut ordre d'aller reconnoître avec deux compagnies d'avant-coureurs, dont une étoit composée d'Apolloniates conduits par Socrate. Les ennemis qui n'étoient pas éloignés se préparoient à la guerre avec beaucoup de soin & d'inquiétude.

Memnon habile guerrier, & leur plus excellent Capitaine, leur persuadoit de se retirer & de perdre tout ce qui pouvoit servir à l'ennemi. » Foulez aux » pieds des chevaux, leur disoit-il, l'herbe de la » campagne; livrez aux flammes les villes & les » villages, & couvrez la terre d'une affreuse stéri-

Alexandri sequens ætas diu venerata eſt :
ıibus adeo pepercit vetuſtas, ut ex Romanis
nperatoribus alius poſt ſubacta Pontica re-
ıa, chlamyde illius triumphum ſuum orna-
t ; alius thoracem Alexandri indutus per-
ırreret pontem, quem æmulatione Darii
erxisque in pelago ſtruxerat.

Poſthæc Alexander a Minervæ fano digreſ-
s, Arisben processit, ubi caſtra habebant
acedones, qui cum Parmenione transierant.
ſtero die præter Percoten & Lampsacon ad
actium flumen contendit, quod ex Idæis
ontibus ortum, Lampsacenum Abydenum-
ıe agrum interfluit, deinde paulisper ad
ptentrionem flexum, in Propontidem exit.
de Hermotum prætergressus rex, ad Colo-
s duxit, in mediterraneis Lampsacenorum
um oppidum. Omnibus iſtis in deditionem
ceptis (nam & Lampsacenis ignoverat) Pa-
goram misit, qui Priapenorum urbem,
am incolæ dedebant, reciperet : Amyntas
rabæi filius cum quatuor antecursorum tur-
s, una Apolloniatum, quam Socrates du-
bat, ſpeculatum ire jussus eſt, quippe hoſ-
t in propinquo versabantur, ſumma ſolici-
line curaque bellum inſtruentes.

Inter eos rei militaris peritiâ longe emine-
t Memnon. Is magnopere ſuadebat, » ut
» etrocedentes, omne quod usui hoſtibus
» sse posset, longe lateque corrumperent ;
» uicquid in campo herbidum esset, equi-
» atu conculcarent : vicos urbesque incen-

» derent, nihil præter nudum ſolum relictur
» Vix unius mensis commeatu inſtructum ve
» nisse Macedonem, deinceps rapto victu
» rum, ea copia si eripiatur, brevi recessu
» rum esse, ita parvo impendio toti Asiæ ſa
» lutem quæri. Triſte id quidem : ſed id omn
» negotio, ubi periculum immineat, id ſpe
» tare prudentes, ut quam minimo damno de
» fungantur : ita medicos si corruptâ part
» corporis morbum in ceteras transjici v
» deant, unius membri jacturâ pro reliq
» corporis incolumitate pacisci. Neque id s
» ne exemplo facturos Persas. Sic olim Da
» rium regem ipsas illas regiones urbesqu
» vaſtavisse, ne Scythis iſthac transituris r
» ceptus esset. At si prælio contenderent, c
» ſumma rerum aleam jaci, pulsis ſemel Pe
» sis, omnem eam oram Alexandri fore, vi
» tores nihil amplius habituros.

» Neque hercule parvum discrimen impe
« dere ob vim Macedonicæ phalangis, c
» ſuum peditatum, quamquam numero ſup
» riorem fruſtra oppositturi essent. Ipsius dei
» de regis præsentiam haud parum valere
» victoriam ; ſtimulari milites ſpe, pudor
» gloria in conſpectu imperatoris dimicante
» quæ omnia haberent Macedones ; ip
» abesse Darium. Neminem ambigere qu
» bellum in aliena terra gerere præſtet qu
» in ſua ; id commodum adepturos, si con
» lium ſuum ſecuti, de invadenda Macedo
» cogitarent.

» lité. Le Macédonien n'a point de vivres ſuffiſants » pour un mois : il aura néceſſairement recours à la » rapine & au pillage. Prévenez-le en lui en ôtant » les moyens ; bientôt il ſe retirera, & il vous en » coûtera peu pour ſauver l'Asie. Ce remède eſt fâ- » cheux ; mais quand le danger eſt extrême, les ſa- » ges permettent les moindres maux pour éviter les » plus grands. Ainsi les Médecins, par la perte d'un » des membres, ſauvent le corps, quand la corrup- » tion d'une partie va ſe communiquer aux autres. » Je pourrois vous citer des exemples de ce que je » vous propoſe. Le Roi Darius ruina autrefois ces » mêmes contrées & ces villes, pour empêcher les » Scythes d'y trouver une retraite dans leur paſſa- » ge. Si vous livrez la bataille, dès-lors vous con- » fiez tout au hazard. Au moment où les Perſes ſe- » ront chaſſés de cette contrée, Alexandre en ſera » le maître, & vous ne pourrez tirer aucun avan- » tage de la victoire.

» Ignorez-vous donc combien la phalange Ma- » cédoniene eſt redoutable ? Vous lui oppoſerez en- » vain votre infanterie nombreuſe. La préſence de » leur Roi contribuera beaucoup à la victoire qu'ils » ſe promettent. Les ſoldats qui combattent à la vue » de leur Général, s'animent par l'eſpérance, la » honte & la gloire. Les Macédoniens ont tous ces » motifs devant les yeux ; mais vous n'avez point » Darius avec vous. Qui doute qu'il ſoit plus avan- » tageux de faire la guerre dans un pays étranger » que dans le sien ? vous en connoîtrez l'avantage » si vous ſuivez mes conſeils, & si vous vous réſol- » vez à attaquer la Macédoine.

Ce diſcours révolta les autres Officiers. *Cette ré-ſolution*, diſoit-on, *peut paroître favorable à Mem-non le Rhodien. Il eſt de ſon intérêt de traîner la guerre en longueur, pour jouir plus long-temps des honneurs & des appointements qu'il reçoit du Roi; mais les Perſes ſe croiroient déshonorés s'ils aban-donnoient des peuples qui leur ont été confiés; ils ne pourroient même ſe juſtifier auprès du Roi qui leur avoit donné d'autres ordres.*

En effet, Darius ayant appris qu'Alexandre par-toit de la Macédoine, avoit envoyé des lettres à tous ſes Gouverneurs & à tous les Capitaines. Il leur mandoit *de rappeller à coups de verges à cet enfant de Philippe ſon âge & ſa condition: de lui amener enſuite, revêtu d'une robe de couleur de pourpre, & chargé de chaînes, ce jeune inſenſé; à couler à fond ſes vaiſſeaux & ſes matelots, & à faire paſſer ſes ſoldats aux extrêmités de la mer rou-ge.* L'orgueil aveugloit ce Prince; tranquille ſur le futur, il ignoroit le ſort qui l'attendoit, & ou-blioit combien les choſes humaines ſont fragiles. Il affectoit d'être l'allié de Jupiter, plutôt parce qu'il croyoit lui être égal par la puiſſance, qu'à cauſe de la tradition fabuleuſe qui tiroit l'origine & le nom des Rois de Perſe, de Perſée fils de Jupiter. Il avoit envoyé aux Athéniens, quelque-temps auparavant une lettre écrite dans ce ſtyle faſtueux, & il y ajou-toit, *que puiſqu'ils avoient préféré l'amitié du Ma-cédonien à la ſienne, ils ne lui demandaſſent plus d'argent: que quand même ils l'en prieroient, il ne leur en enverroit jamais.*

Chap. V. Alexandre ayant rencontré pendant ſa marche, une terre que le Roi de Perſe avoit

Nulli ceterorum ducum grata oratio fuit: *Id fortasse Memnoni Rhodio probari posse, cui expediat bellum trahi, quò diutiùs honoribus stipendiisque regis perfrueretur; Persis commissos fidei suæ populos prodere pudendum videri: neque apud regem excusari posse, qui longe aliam belli gerendi rationem præscripsisset.*

Quippe Darius audito Alexandrum ex Macedonia movisse, literas ad præfectos suos miserat, imperans *ut insanientem Philippi adolescentulum puerili verbere ætatis & conditionis admonitum, deinde purpurea veste indutum, quamprimum sibi vinctum adducerent: naves ipsius una cum nautis mari demergerent: milites omnes ad ultima maris Erythræi loca deportarent*; adeò præ superbia futuri securus, & ignarus sortis suæ, omnem humanæ imbecillitatis sensum exuerat, consanguineum Deûm se ferens, magis quod potentiâ non dispar ipsis videretur, quam ob veterem fabulam, quâ Persarum reges a Perseo Jovis filio nomen atque génus traxisse ferebatur. Eodem fastu plenam epistolam ad Athenienses paulo ante scribi jusserat, addideratque; *quando Macedonis amicitiam prætulissent, a se deinceps aurum ne peterent; non enim missurum esse, etiam rogantibus.*

Cap. V. At Alexander quum inter progrediendum, agrum a rege Persarum Mem-

noni dono datum attigisset, maleficio abstineri jubet, colonisque & fructibus parci: callido commento suspectum facturus hominem industrium, & quem ex omnibus hostium ducibus unum non contemneret, si in suas partes transducere nequivisset. Quumque lenitatem regis admirati quidam, acerrimum callidissimumque Macedonum hostem, quam primum in potestatem redactus esset, interficiendum; atque interim quibus posset cladibus vexandum esse dicerent: *Quin*, inquit, *potius beneficiis supplantamus hominem, & amicum ex inimico facimus, eadem virtute & solertia pro nobis staturum.*

Ventum erat in campos Adrasteæ per quos Granicus amnis præcipiti cursu volvitur. Ibi quidam ex speculatoribus quos cum Hegelocho præmiserat, reversi nunciant, Persas instructis ad prælium ordinibus, in ulteriore ripa consistere. Paulisper commoratus, dum de transitu consilium caperet, duces convocari jubet. Plerisque *præcipitis & irriti conatûs videbatur, fluvium profundum perrumpere, ripam suâ naturâ arduam atque impeditam obtinentibus tot equitum peditumque milibus.* Nec deerant qui ingererent, *Desium mensem infaustum res gerentibus apud Macedonas haberi.*

De periculo non anxius, superstitionem haud contempsit: gnarus quantum in rudibus animis valeret etiam vanæ religionis opinio. Igitur edixit, ut repetito prioris mensis no-

donné à Memnon, défendit de nuire aux habitants & aux fruits qui étoient alors ſur la terre ; il vouloit par ce ménagement, rendre ſuſpect ce Capitaine habile, le ſeul des ennemis qu'il n'auroit pas mépriſé, s'il ne pouvoit l'attirer à ſon parti. Quelques-uns ſurpris de la bonté qu'il témoignoit pour le plus grand ennemi des Macédoniens, lui diſoient qu'il falloit le faire périr dès qu'il l'auroit en ſa puiſſance, & qu'il falloit uſer contre lui de tous les droits de la guerre. *Au contraire*, leur répondit Alexandre, *il faut le gagner par des bienfaits, & d'un ennemi nous en faire un ami : il en aura pour nous l'eſprit & les égards.*

Le Prince étoit dans les campagnes d'Adraſtée par où le Granique coule avec beaucoup de rapidité, lorſque quelques-uns de ceux qu'il avoit envoyés avec Hégélochus pour reconnoître le pays, lui rapporterent que les Perſes étoient en bataille de l'autre côté du fleuve. Il s'arrête pour délibérer comment il le paſſeroit, & fait aſſembler ſes Capitaines. *La plûpart regardoient comme une entrepriſe téméraire, de vouloir paſſer un fleuve si rapide & si profond, dont le rivage difficile à monter, étoit encore occupé par une cavalerie nombreuſe.* Plusieurs repréſenterent, *qu'on étoit au mois de (*) Désius, qui avoit toujours été regardé par les Macédoniens comme funeſte à ceux qui faiſoient quelques entrepriſes.*

Quoiqu'Alexandre ne fut point inquiet ſur la nature de l'événement, il ne mépriſa cependant pas cette ſuperſtition : il connoiſſoit combien un vain ſcrupule

(*) Ce mois répond à celui de Juin.

de religion a de force ſur les eſprits foibles & ignorats ; il ordonna que ce mois ſeroit appellé Artemisius, du nom du mois précédent. Pour mieux rassûrer les eſprits, il fait avertir en ſecret Ariſtandre qui ſacrifioit alors afin que le paſſage fût heureux, d'écrire, avec une certaine liqueur ſur la main avec laquelle il devoit toucher les entrailles de la victime, les mots ſuivants en lettres renverſées : *les Dieux donnent la victoire à Alexandre.* Ces lettres devoient s'imprimer ſur le foie encore chaud de la victime, & les recevoir toutes droites.

Cette opération exécutée avec ſoin fut regardée comme un prodige : on le divulgua, & il remplit les eſprits d'une si grande eſpérance, que chacun s'écria : *Tout nous paroît possible après des témoignages si visibles de la protection des Dieux.* Les ſoldats perſuadés par cet artifice du bon ſuccès de la bataille, remporterent la victoire qu'ils crurent dès-lors ne pouvoir leur manquer. Parménion faiſoit entendre au Roi qu'il devoit au moins différer juſqu'au lendemain, parce que le jour étoit déja avancé ; mais ce Prince jugeant qu'il falloit profiter de l'ardeur des ſoldats, fit aussi-tôt paſſer ſes troupes, & dit à Parménion, en le raillant ſur ſon inquiétude, *l'Helleſpont rougiroit de honte, si après l'avoir traverſé, nous balançions à paſſer ce ruiſſeau.*

Treize régiments de cavalerie paſſerent avec le Roi malgré la rapidité de l'eau ; mais avant que d'être arrivé ſur la terre ferme, & d'avoir pu rétablir les rangs qui avoient été troublés dans le paſſage, la cavalerie des Perſes, répandue de tous côtés, vint les charger & les preſſer vivement. On n'eut alors aucun égard au conſeil de Memnon ; Arsites

nine pro Desio alter Artemisius haberetur. Et quò efficaciùs confirmarentur attonitæ mentes, Ariſtandrum (nam is forte pro tranſitu ſacrificabat, ſecretò moneri jubet, ut excepturam exta manum inscriberet medicamento, literis inversis, quas impositum jecur recenti adhuc calore attraheret, rectasque exprimeret: iis significabatur, Alexandro victoriam concedere deos.

Vulgatum id miraculum tanta futuri ſpe omnes implevit, *ut poſt hæc tam certa cæleſtis favoris pignora nihil dubitandum* conclamarent: ita in maximam bene gerendæ rei fiduciam æſtu inducti, victoriam quia ſuam esse arbitrabantur, rapuerunt. Rex impetu animorum utendum ratus, quamquam monente Parmenione, ut ſaltem proximam lucem operiretur (jam enim major diei pars effluxerat,) ſtatim transduxit copias, Parmenionis ſolicitudinem joco prosecutus, *Erubescendum Helleſponto fore, si illo ſuperato, rivum hunc transire cunctarentur.*

Tredecim equitum turmæ cum ipso rege per obluctantes undas vix enisæ, priusquam ſtabile certumque ſolum attigissent, aut ordines inter transeundum luxatos inſtaurassent, circumfuso Persarum equitatu urgebantur. Quippe quum repudiato Memnonis consilio pugnare placuisset (nam Arsites Phrygiæ ſa-

trapa ne unum quidem tugurium eorum qui sibi ſubessent incendi ſe passurum affirmaverat, inque ejus ſententiam a ceteris itum erat) ad Granicum amnem cum centum peditum millibus, viginti equitum consederant, flumine pro munimento usuri, & vicissim eam velut Asiæ portam venienti Alexandro obseraturi.

Cujus adventu cognito, equitatum in quo robur erat virium, ita collocant, ut contra dextrum Macedonum cornu, quod ipse Rex ducebat (nam siniſtrum Parmenioni commiserat) Memnon cum filiis & Arsane Persa consiſterent. In eadem parte Arsites curabat cum Paphlagonum equitum auxiliis: in ſubsidiis Spithridates erat gener regis, Lybiæ Ioniæque ſatrapa, Rhœsace fratre, & Hyrcanis equitibus comitatus. In dextra acie Rheomithrem duo Medorum millia, totidemque Bactriani ſequebantur: Medium agmen Pharnaces reginæ frater, Arbupalesque Artaxerxis ex Dario nepos, & Mithrobarzanes Cappadociæ prætor regebant: iis Niphates Petanesque, cum Arsace & Atyzie variarum gentium turmas applicuerant.

Ii tum multitudine & loco tutiores graviter premebant hoſtem, acrisque pugna conserebatur, maximo omnium regis periculo, quem armis manuque & imperiis conspicuum plures petebant. Sed tragula quidem, quæ in promiscuo pugnæ ardore desinentis loricæ plicis inciderat, vulnus haud intulit: ceterum a

Satrape de Phrygie avoit déclaré qu'il ne souffriroit pas qu'on brûlât une seule maison de son Gouvernement, & les autres avoient suivis son opinion. Dans la résolution de combattre, on vint camper sur le rivage du Granique avec cent mille hommes d'infanterie & vingt mille cavaliers. On pensoit que ce fleuve serviroit de retranchement, & qu'il seroit facile de fermer à Alexandre l'entrée de l'Asie.

Les Perses instruits de leur arrivée disposerent ainsi leur cavalerie qui faisoit leur plus grande force. Memnon avec ses fils, & Arsanes Persan, étoient opposés à l'aîle droite des Macédoniens où étoit le Roi; Parménion commandoit la gauche. Arsites étoit du même côté que Memnon avec la cavalerie auxiliaire des Paphlagoniens: Spithridates, gendre du Roi, étoit à l'arriere-garde. Le Satrape de la Phrygie & de l'Ionie étoit accompagné de Rhésace son frere, & de la cavalerie des Hyrcaniens. Deux mille Medes & autant de Bactriens suivoient Rhéomitres dans le bataillon qui étoit à droite. Pharnaces frere de la Reine, Arbupales, & Mithrobarzanes Gouverneur de la Cappadoce, commandoient au centre de l'armée. Niphates & Pétanes leur avoient amenés avec Arsace & Atyzies de la cavalerie des diverses nations.

Ces troupes qui étoient les plus fortes par le nombre & par l'avantage du lieu, pressoient fortement l'ennemi. On combattoit avec ardeur de part & d'autre : les soldats s'exposoient beaucoup, principalement où étoit le Roi. Comme on le distinguoit autant par ses armes que par ses actions & les ordres qu'il donnoit, le plus grand effort des ennemis se

portoit de ſon côté. Un trait qui étoit entré dans le défaut de ſa cuiraſſe, durant l'ardeur du combat, ne le bleſſa point; mais attaqué en même-temps par Rhéſace & Spithridate, les plus braves des Capitaines ennemis, il fut en danger de perdre la vie. Après avoir rompu ſa javeline contre Spithridate, il mettoit la main à l'épée, lorſque le frere de ce Capitaine lui déchargea un si grand coup de cimeterre qu'il abattit le haut de ſon caſque avec un des côtés du pennache, & le tranchant pénétra juſqu'aux cheveux. Il ſe préparoit à lui porter un ſecond coup, où ſon armet briſé faiſoit voir ſa tête à nud; mais Clitus le prévint. A la vue du péril où étoit le Roi, il accourut avec fureur, & d'un coup de hache fit tomber le bras & le cimeterre du barbare. Alexandre tua de ſa main Spithridate.

Les Perſes n'en montrerent pas moins de courage juſqu'au moment où la cavalerie prit la fuite, troublée par la perte de ſes Capitaines, & par l'arrivée de la phalange Macédonienne qui avoit déja paſſé le fleuve. L'infanterie ne fit pas une longue réſiſtance: comme elle croyoit la cavalerie aſſez forte pour repouſſer l'ennemi, elle ſongeoit plutôt au butin qu'à partager le péril. Surpriſe tout à coup par le ſuccès des Macédoniens, auquel elle ne s'attendoit pas, il y eut en cette occasion plutôt un carnage qu'un combat. Les étrangers que commandoit Omares, s'étant rendu maîtres d'une éminence, s'y défendirent vaillamment, parce qu'il n'en avoit pas reçu qui fuſſent capables de ſe rendre & d'accepter des conditions. Il y eut plus de Macédoniens qui périrent de côté, que dans le combat de la cavalerie. Le Roi qui étoit à la tête de ſes ſoldats, courut un

Rhœsace & Spithridate fortissimis ducum simul impetitus, extremum discrimen adiit. Dum enim lancea in thorace Spithridatis confracta, conatumque destituente, gladium stringit, frater illius a latere adequitans acinacem incauto impingit, tanto nisu, ut cristam galeæ & pinnarum alteram decuteret, aciesque gladii summos regis capillos perstringeret. Jamque repetito ictu, quâ discussa cassis nudum caput ostendebat, descendere parabat, quum illum Clitus occupat, qui animadverso regis periculo amenti similis advolaverat, interceptumque Barbari brachium cum ipso gladio dejicit. Simul Alexandri ense Spithridates occubuit.

Nihilo tamen segniùs repugnabant Persæ, donec interitu ducum quorum plerique jam ceciderant, consternati, & quia jam phalanx Macedonum transierat amnem, equos in fugam averterunt. Neque pedestris acies diu restitit; equitatum suum ad obterendum hostem satis superque validum arbitrati, potiùs de præda quam de discrimine cogitabant: ita subito eventu deprehensorum cædes magis quam prœlium fuit. Mercenarii tamen, quibus Omares præerat, occupato quodam tumulo strenue se tuebantur, quia conditionibus in fidem venturos ille non receperat. Ergo Macedonum plures in eo conflictu desiderati sunt, quam equestri prœlio ceciderant: ipse quoque rex, dum inter primos impetum in eos facit, tam propinquus discrimini fuit, ut equum

cui tum insidebat, ictu gladii per latus adacto confossum amiserit.

Quibus rebus vehementer irritatus, equitatu simul & phalange circumdatos occidione occidit, exceptis duobus fere millibus, qui in deditionem venerunt. In universum cæsa sunt, ex hostibus viginti peditum millia, duo equitum : captorum par ferme numerus fuit. Ex ducibus Memnon effugit, cum Arsace, Rheomitre & Atizye, ceteri honestis vulneribus occubuerunt. Arsites, quum in Phrygiam se recepisset, pudore, & pœnitentia, quod hujus cladis causa non immeritò haberetur, sibi manus intulit.

Alexander paucos quidem, sed promptissimos eo prœlio perdidit, triginta admodum pedites, septuaginta quinque equites ceciderant. Igitur ut ostenderet omnibus in utraque fortuna apud se virtuti præmium fore, superstites Persarum spoliis ditat : occisorum corpora cum armis ceteroque cultu magnifice sepelit : parentibus eorum liberisque vacationem munerum concedit ; vulneratorum etiam cura ambitiose acta est ; quum ipse rex obeundo tentoria & inspiciendo singulos, solicitudinem suam pro gregariis etiam militibus ostentaret, ac gravem cujusque casum munificentiâ laudibusque aut promissis solaretur.

Quæ comitas in omnia deinceps pericula fidissimos ei præstitit, nec quisquam recusavit spiritum pro eo rege profundere, qui neque vitam suorum inopem neque mortem inhono-

si grand danger, que ſon cheval fut tué ſous lui d'un coup d'épée.

Alexandre irrité qu'on lui diſputât si long-temps la victoire, les fit environner par ſa cavalerie & ſa phalange & les tailla tous en piéces, à l'exception de deux mille hommes qui furent contraints de ſe rendre. La perte des ennemis montoit à vingt mille hommes d'infanterie, deux mille de cavalerie, & le nombre des priſonniers étoit à peu-près égal. Entre les Capitaines, Memnon, Arſaces, Rhéomitre, Atyzies ſe ſauverent par la fuite, & tous les autres moururent de leurs bleſſures après une défenſe glorieuſe. Arsites, retiré dans l'Asie, ſe tua lui-même, plein de honte & du repentir qu'il eut d'avoir été la cauſe de cette défaite.

Alexandre ne perdit au plus que trente hommes de pied & ſoixante-dix cavaliers, les plus braves de ſon armée. Pour montrer que dans l'une & l'autre fortune, la vertu trouvoit chez lui des honneurs & des récompenſes, il enrichit ſes ſoldats de la dépouille des Perſes, fit faire aux morts de magnifiques funérailles, les fit inhumer avec leurs armes & les autres ornements militaires, & donna à leurs parents & à leurs enfants l'exemption de toutes ſortes de charges. Les bleſſés furent traités avec un ſoin extraordinaire; il alloit de tente en tente visiter juſqu'aux simples ſoldats, les conſoloit dans leurs maux par des préſents, des éloges & des promeſſes.

Cette humanité les attacha à ſon ſervice dans tous les dangers: perſonne ne refuſa d'expoſer ſa vie pour un Roi qui ne ſouffroit pas que ſes ſujets vécuſſent pauvres, & que leur mort fût ſans honneur.

Le Prince honora ſur-tout la mémoire de vingt-cinq cavaliers qui, dans le premier choc, furent accablés par la multitude des Perſes, en combattant généreuſement dans un poſte déſavantageux. Lysippus, excellent artiſte, fut chargé de leur faire des ſtatues de bronze, qui furent placées dans Die ville de la Macédoine, & long temps après, lorſque ce Royaume eut été ruiné, Q. Metellus les fit tranſporter à Rome.

Le Roi eut la premiere gloire de cette victoire; il avoit parfaitement diſpoſé ſes troupes: comme il avoit reconnu la nature du lieu, il les avoit menées en biaiſant au travers du fleuve, afin que les Perſes ne puſſent pas les attaquer au moment même où elles ſortiroient de l'eau. Dès qu'il vit ſes ſoldats épouvantés, il releva leur courage en les exhortant d'attaquer les ennemis au moins encore une fois avec leur valeur ordinaire. Il leur donna l'exemple en perçant les uns avec ſa lance, en frappant les autres de ſon épée, & ceux qui voulurent s'oppoſer à ſes efforts, furent mis en fuite les premiers. Le ſuccès montra que ſon entrepriſe, téméraire en apparence, avoit été dictée plutôt par la prudence que par la témérité. Ses ſoldats devoient combattre contre un ennemi nouveau, & qui les ſurpaſſoit en nombre: il les fortifia par le déſeſpoir, afin que tout moyen de fuir leur étant ôté par le fleuve, ils n'euſſent d'eſpérance de ſalut que dans la victoire. Les Theſſaliens qui faiſoient toute la force de ſa cavalerie, ſe diſtinguerent en ce jour; tous les autres, & particulierement la cavalerie, n'acquirent pas moins de gloire: on dut particulierement à celle-ci le gain de la bataille, car l'infanterie recula.

ratam pateretur. Insignis præ ceteris honor fuit viginti quinque equitum ex turma amicorum, quos primo ſtatim congressu ex iniquo loco pugnantes multitudo Persarum oppreſſerat. Nam Lysippo, a quo uno, propter hominis peritiam, in ære fingi voluerat, imperavit, ut equeſtres ipsis ſtatuas faceret : quas apud Dion Macedoniæ oppidum collocatas, poſt longam ætatem abolito Macedonum Regno, Q. Metellus Romam tranſtulit.

Primum hujus victoriæ decus penes ipsum regem fuit : aciem optimè inſtruxerat ; observatâque loci naturâ, obliquos per flumen ordines duxerat, ne ſtatim quum ex aqua evasissent, a Persis invaderentur. Turbatos deinde, territosque excitavit ; hortatus ut ſaltem ſemel adhuc ſtrenue adorirentur hoſtes. Neque minus manu fortiter usus erat ; multos lanceâ, alios ense confecerat : primique ex hoſtibus fugam arripuerunt, qui contra ipsum conſtiterant. Consilium quoque ipsius audaci ſpecie, plus tamen rationis quam temeritatis habuit : pugnaturos adversus hoſtem novum, numeroque longè ſuperiorem, etiam desperatione armare voluerat, ut præcisam objectu fluminis fugam conspicati, omnem ſalutis ſpem in victoria collocarent. Thessalorum etiam, nam id robur equitatûs erat, insignis eo die opera exſtitit : neque ceteri officio ſuo defuerunt : præsertim equites, nam equeſtri potissimum prælio transacta res eſt ; pedites è veſtigio cesserunt.

Ceterum Alexander Persarum etiam nobilissimos sepulturæ tradidit ; & quotquot ex Græcis mercenariis hostibus merentes ceciderant : qui autem eorum vivi in potestatem redacti fuerant, eos per Macedoniam in ergastula distribui jussit , quod contra commune Græcorum decretum , pro Barbarorum dominatione adverùs patriam pugnavissent. Thebanos tamen dimisit , qui excisâ urbe , ademtis agris , necessitate magis quam sponte peccassent : jam enim tot illorum calamitatibus expleta odia misericordiæ locum fecerant. Posthæc de manubiis trecentos clypeos selegit , qui Minervæ Atheniensi dedicarentur , superbo cum titulo : *Alexandrum Philippi F. Græcosque , exceptis Lacedæmoniis , de Barbaris Asiam incolentibus suspendisse.*

Id eò fecerat , ut communicata victoriæ laude , Græcis ad ceteras belli necessitates obsequentioribus uteretur : simul Lacedæmoniorum contumaciam traducebat , qui seorsum initis consiliis , a cetero Græciæ corpore abrupti , tantique decoris expertes mansissent. Neque matris , quam eximiâ pietate semper coluit , oblitus , pocula , purpuram , aliaque id genus preciosa spolia , paucis demptis , ad illam transmisit.

Cap. VI. Post hoc prœlium denuò ad Ilium profectus Alexander , Deæ gratias egit , quæ gravissimi belli discrimen aditurum , armis & ominibus juvisset. Quippe superiore tempore , quum statim post transmissum Hel-

Alexandre fit aussi inhumer les principaux d'entre les Perses, & tous les Grecs qui étoient à leur solde ; tous les autres qui furent faits prisonniers, furent renfermés dans les prisons de la Macédoine, parce que, malgré la commune résolution de la Grèce, ils avoient pris, en faveur des Barbares, les armes contre la patrie. Il renvoya cependant les Thébains, parce qu'après la ruine de leur ville, n'ayant plus de terres ni de retaite, ils avoient embrassés plutôt par nécessité que par choix, le parti des Perses : à la vue des infortunes qui les accabloient, la compassion prit chez lui la place du ressentiment. Il choisit parmi les dépouilles des ennemis trois cent boucliers qu'il envoya à Athènes dans le temple de Minerve, avec cette inscription fastueuse : *Alexandre fils de Philippe, & tous les Grecs, excepté les Lacédémoniens, ont remporté sur les Barbares de l'Asie, ces boucliers qui sont ici suspendus.*

Il attribuoit en partie aux Grecs l'honneur de la victoire pour se les attacher encore plus dans les autres occasions, & condamner en même-temps l'orgueil des Lacédémoniens qui, par des vues particulieres, s'étant séparés des autres peuples, s'étoient privés des éloges dus aux vainqueurs. Le Prince envoya à sa mere, pour qui il eut toujours l'amour le plus respectueux, presque tous les vases d'or & d'argent, les étoffes de pourpre, & tout ce qu'il y avoit de plus précieux dans le butin.

CHAP. VI. Après ce combat Alexandre retourna à Troye & rendit des actions de graces à la Déesse qui l'avoit fortifiée par ses armes & par des présages dans une guerre aussi dangereuse. En effet lorsqu'après avoir passé l'Hellespont, il vint pour la

premiere fois à Troye, il rencontra devant le temple de Minerve la ſtatue equeſtre d'Ariobarzanes, ancien Satrape de Perſe, renverſée par terre. Ariſtandre en interprétant ce préſage, lui promit une victoire signalée dans un combat de cavalerie, principalement si on livroit la bataille près de la Phrygie ; & qu'il tueroit de ſa propre main un des premiers chefs des ennemis.

L'événement répondit à la promeſſe du Devin, & la mort de Spithridate, que le Roi perça de ſon épée, confirma la prédiction. Le Prince orna ce temple de ſes offrandes, de ſes préſents, & rendit le nom de ville à Troye, qui n'avoit plus alors que l'apparence d'un hameau. Pour qu'elle conſerva ce nom avec quelque ſorte de dignité, il y laiſſa des perſonnes qui eurent ſoin de la rétablir, de l'augmenter, & il la déclara libre & exempte de toutes charges. Comme le temple de la Déeſſe étoit petit & trop peu fréquenté, il réſolut de lui bâtir un temple magnifique ; mais la mort le prévint avant qu'il pût exécuter cette entrepriſe & plusieurs autres. Ses ſucceſſeurs ne ſuivirent point ſes deſſeins.

Cette victoire lui ouvrit toute l'Asie en-deça de l'Euphrate & du mont Taurus. Les peuples étonnés d'un ſuccès si inopiné, après avoir perdu toutes leurs troupes & leurs Capitaines, ne mettoient plus leur eſpérance que dans la bonté du Vainqueur : ils s'efforçoient à l'envie de la mériter, en ſe rangeant promptement ſous ſon obéiſſance. Calas qui conduiſoit les Theſſaliens, eut le Gouvernement de la Phrygie qu'Arsites avoit laiſſé ſans défenſe par ſa

lespontum eò contendisset, uti supra retulimus, ante fanum Minervæ statuam equestrem humi prostratam vidit, Ariobarzanis ora referentem, qui Phrygiæ quondam satrapa fuerat. Idque omen interpretatus Aristander, *illustrem ex equestri pugna victoriam* promiserat Alexandro, *maxime, si haud procul Phrygia dimicaretur: ipsius etiam dextrâ nobilem hostium ducem casurum.*

Neque fefellit spem vatis eventus prœlii, stratusque regis ense Spithridates prædictionis fidem implevit. Igitur & templum donariis exquisite coluit, & Ilio, quod tum haud multùm supra modici pagi speciem eminebat, nomen urbis addidit: utque id cum dignitate tueretur, reliquit qui instaurandæ ejus ampliandæque curam agerent: liberamque & immunem esse jussit. Quumque delubrum Deæ pro religione loci nimis angustum neglectumque videret, eximium illi templum exstruere posteà statuit; sed hoc aliaque magnifica meditantem fatum occupavit: neque successores exsequuti sunt.

Ceterum illa victoria totam Asiam cis Taurum & Euphratem aperuit Regi. Attoniti insperata clade, non copiis modo, sed & ducibus amissis, nullam præterquam in clementia victoris spem habebant; eamque festinata deditione certatim promereri satagebant. Phrygiam Arsites voluntario exitu vacuam fecerat; ei Calas Thessalorum ductor præponitur. Ex montanis quoque locis plerique descende-

runt, ſeque & ſua dedentes Alexandro; eos in fidem acceptos domum remisit: Zelitisque ignovit, quos a Persis coactos adversùs ipsum militasse cognoverat. Tributum omnibus impositum eſt, quod Dario pendere conſueviſſent, idque poſtea conſtanter ſervavit, quum ceteras Asiæ regiones ſubigeret. Omne peregrinum imperium invidiæ ſubjectum esse noverat, etiam quum domeſtico mitius eſt; at si vetera ſubditorum onera novis cumulentur, intolerandum haberi.

Igitur monenti cuidam *longè plus tributorum vectigaliumque ex tanto imperio redigi posse*, reſpondit, *etiam olitorem ſe odisse, qui radicitùs exſcinderet olera, quæ carpere debuisset.* Dascyleum præsidio Persarum teneri audiverat; eò Parmenionem misit, quem oppidani ſtatim receperuut, quum audito Macedonum adventu Persæ excessissent: ipse Sardes processit, caput omnium quæ præfectis oræ maritimæ Persarum Reges parere jusserant. Jamque haud ampliùs ſeptuaginta ſtadiis ab urbe aberat quum ad eum Mithrenes venit, cui tutelam arcis Sardianæ Darius crediderat, cum principibus Sardianorum, urbem arcemque, & pecuniam quæ in ea cuſtodiebatur, traditurus.

Quibus benigne exceptis, ad Hermum fluvium progreditur, viginti fere ſtadiis ab urbe diſtantem: Ibi caſtris positis, Amyntam Andromenis filium ad recipiendam arcem præ

moı

mort volontaire. La plûpart de ceux qui habitoient les montagnes, en descendirent, & s'étant donnés au Roi avec les choses qu'ils possédoient, il les prit sous sa protection & les renvoya chez eux. Il pardonna aux Zélites, parce qu'il sçavoit que les Perses les avoient contraints à prendre les armes contre lui. Tous ces peuples ne furent assujettis qu'au même tribut qu'il payoient à Darius, & le Prince n'en exigea point d'autre lorsqu'il subjugua les autres nations de l'Asie. Il avoit reconnu qu'une domination étrangere est toujours odieuse, lors même qu'elle est plus douce que celle du Prince naturel, & que les peuples en secouent bientôt le joug, quand aux anciennes charges on ajoûte de nouvelles impositions.

Quelqu'un lui rémontrant qu'il pouvoit tirer un plus grand revenu d'un si grand Empire : *Je n'aime point*, lui répondit-il, *un jardinier qui coupe jusqu'à la racine les légumes dont il ne doit ceuillir que les feuilles*. Il envoya Parménion à Dascylée, occupée par une garnison Persanne ; les habitants le reçurent, & les Perses en sortirent dès qu'ils eurent appris l'arrivée des Macédoniens. Alexandre prit le chemin de Sardis, capitale de toutes les villes que les Rois de Perse avoient mises sous l'inspection des Gouverneurs des Provinces voisines de la mer. Il n'en étoit éloigné qu'environ de soixante-dix stades, lorsque Mithrenes, à qui Darius en avoit confié la citadelle, vint le trouver avec les premiers de la ville, pour lui liver la citadelle avec les trésors qu'on y gardoit.

Après les avoir reçus favorablement, il alla vers le fleuve Hermus qui est éloigné de Sardis environ de vingt stades : lorsqu'il y fut campé, il envoya

Amyntas fils d'Andromene, pour recevoir une forteresse située sur une montagne dont l'accès étoit difficile de tous côtés, & qui pouvoit tenir aisément contre les plus grandes forces, quand même elle n'eût pas été fortifiée, comme elle étoit, d'une bonne muraille & de trois remparts. Charmé des faveurs de la fortune, qui par là le délivroit encore d'un long siége qu'il appréhendoit & qui pouvoit l'arrêter dans sa course : il résolut d'y bâtir un temple à Jupiter Olympien. Comme il cherchoit une situation propre à cet édifice, il s'éleva une tempête qui remplit de pluie une partie de la forteresse, où étoit autrefois un palais des Rois de Lydie. Persuadé que les Dieux avoient eux-mêmes marqué la place de ce temple, il le fit élever dans ce lieu.

Pausanias qui étoit du nombre de ceux qu'il considéroit le plus, eut le Gouvernement de la forteresse avec quelques troupes d'Argiens. Le reste des troupes des Alliés fut envoyé avec Calas & Alexandre fils d'Europe, dans le Gouvernement de Memnon. Nicias fut établi pour recevoir les tributs & les impositions. Asander fils de Philotas, obtint la Lydie, avec un pouvoir qui s'étendoit jusqu'aux frontieres du Gouvernement de Spithridates. On leur donna un nombre suffisant de cavalerie avec quelques compagnies légèrement armées : les Lydiens conserverent leurs loix & leurs priviléges. Le Prince voyant le respect des habitants de Sardis pour Diane, qu'ils appelloient *Coloënes*, gratifia son temple du droit d'asyle. Il fit de grands honneurs à Mithrenes & le retint auprès de lui ; pour s'attacher les autres par l'estime qu'il lui marquoit : il lui donna quelque-temps après le Gouvernement de l'Arménie.

mittit. Ea præcelso loco sita, difficili undiquaque aditu, adversùs quamcumque vim teneri potuerat, etiamsi murus, qui triplici munimento illam circumibat, affuisset. Ergo felicitati ſuæ gratulatus, quod amplissimas res animo volventem arx munitissima longa obsidione non implicasset, Jovi Olympio templum ibi ponere decrevit. Quumque ſollicite circumspiceret, quinam locus accipiendæ ædi maximè opportunus foret, confeſtim exorta vehemens tempeſtas multo imbre partem arcis perfudit, ubi vetus Lydorum Regia fuerat. Eam itaque ſedem nutu Deorum deſtinari credens, templum ibi conſtitui jussit.

Arci deinde Pausaniam ex amicorum cohorte præponit, atributis Argivorum auxiliis; ceteras ſociorum copias cum Cala & Alexandro Æropi filio in Memnonis præfecturam immittit: vectigalibus tributisque colligendis Niciam quendàm præficit; Asandrum Philotæ filium Lydiæ, quibus finibus Spithridates tenuisset: dati ad id equites cum expeditis cohortibus, quot in præsentia ſuffecturi putabantur. Lydos omnes ſuis legibus libere uti permisit, & quia Sardianos Dianæ quam Coloënem vocant, cultui deditos cognoverat, illius templo jus asyli gratificatus eſt. Mithrenen honorifice ſecum habuit, ut ejus exemplo & alios ad proditionem illiceret: procedente tempore & Armeniam homini regendam commisit.

Ceterum repertis in arce libellis, in quibus inter cetera perscriptæ erant largitiones, ob bellum Macedonibus in Græcia conflandum a satrapis factæ, cognovit Demosthenem eam ob causam magnum auri pondus accepisse; cujus etiam epistolæ ibi servabantur. Sed quia pace cum Atheniensibus initâ, transacta res erat, nihil ea de re palam conquestus est; ceterùm intentiore curâ agitandum censuit quomodo adversùs efficacem viri eloquentiam Athenæ in officio continerentur, sua defectione universam Græciam in partes tracturæ; nemo occurrebat Phocione dignior, cujus mira innocentia, & ob constantiam virtutis honorata paupertas erat. Eum ergo, primùm ob usum, deinde ut hominis magnanimitatem multis experimentis cognovit, admiratione virtutis ita coluit, ut quum post eversum Darii imperium animo elatus, neminem jam salute dignaretur, ad quem scribebat, eximium eum honorem duobus tantum, Antipatro & Phocioni habuerit.

Constat huic aliquando centum talenta dono misisse regem: deinde optionem fecisse inter quatuor haud ignobiles Asiæ urbes unam eligendi. Cius, Elæa, Mylassaque & Gergitho fuere; quidam ultimo loco Patara nominant. At ille nihil horum accepit, sed ne tamen regis amicitiam fastidiose sprevisse videretur, petiit, *ut Echecratides Sophista, & Athenodorus Imbrius, cum Demarato & Spartone Rhodiis* qui in arce Sardiana captivi tenebantur, *cu*

On trouva dans la citadelle de Sardis des papiers où étoient écrites, entre autres choſes, les libéralités que les Satrapes avoient faites aux Grecs pour les obliger à faire la guerre aux Macédoniens. Aléxandre y reconnut que Démoſthènes, dont les lettres étoient gardées avec ces papiers, avoit reçu à ce ſujet une ſomme importante. Ce Prince ne vouloit pas s'en plaindre publiquement, parce qu'il avoit fait ſa paix avec les Athéniens : il crut plus à propos de chercher les moyens ſûrs pour retenir Athènes dans l'obéiſſance, & s'oppoſer aux effets de l'éloquence perſuasive de Démoſthène, parce que la conduite de cette ville influoit ſur toutes les autres de la Grèce. Phocion lui parut le plus propre à ce deſſein : ſa probité n'avoit point d'égale, & la vertu rendoit ſa pauvreté honorable : il en avoit conçu une grande eſtime, & parce qu'il avoit éprouvé en plusieurs occasions ſon déſintéreſſement. Après la défaite de Darius, lorſqu'aveuglé par ſa proſpérité, il dédaignoit de mettre le mot de ſalut dans les lettres qu'il écrivoit, il conſerva toujours cet honneur à Antipater & à Phocion.

Il eſt conſtant qu'il lui envoya un jour un préſent de cent talents ; qu'il lui laiſſa même le choix du Gouvernement de l'une de ces quatre villes de l'Asie, Chios, Elée, Mylaſſe, & Gergythe : quelques-uns nomment Patare en place de la derniere. Il refuſa tous ces avantages qu'on lui préſentoit ; mais pour qu'on ne crût pas que c'étoit par orgueil qu'il refuſoit les marques de l'amitié d'un si grand Prince, il demanda la liberté *du Sophiſte Echécratides, d'Athénodore de l'iſle d'Imbre, de Damarate & de Sparton Rhodiens*, qui étoient pri-

ſonniers dans la citadelle de Sardis. Ces faits que nous rapportons ici n'arriverent que quelque-temps après. Cependant on prit le chemin d'Epheſe : la garniſon l'avoit abandonnée en apprenant la défaite des Perſes, & s'étoit retirée ſur des vaiſſeaux des Ephésiens.

Amyntas fils d'Antiochus, étoit avec eux : il s'étoit retiré de la Macédoine ſans y avoir été obligé par aucun mauvais traitement ; mais parce qu'il craignoit le Roi. Il haïſſoit Alexandre, il croyoit aussi en être haï, & jugeoit par ſa propre diſpoſition de celle du Prince. Alexandre entra dans Epheſe quatre jours après ſon départ de Sardis : il y rappella ceux qui en avoient été chaſſés par l'autorité de quelques citoyens, & en donna le gouvernement au peuple. Alors le peuple jouiſſant de la liberté qu'il déſiroit depuis long-temps, demanda la punition de ceux qui avoient fait venir Memnon, qui avoient pillé le temple de Diane, ôté la ſtatue de Philippe, & renverſé le monument qu'on avoit dreſſé dans la place d'Héropyte, au libérateur de la ville. Pélagon avec Syrphax ſon frere & ſes couſins, ayant été arrachés du temple où ils s'étoient réfugiés, furent auſſi-tôt lapidés. On ſe préparoit de tous côtés à la violence & au carnage ; mais Aléxandre arrêta la fureur de la multitude, défendit d'informer davantage ſur cette affaire & de pourſuivre perſonne à ce ſujet. Cet ordre ſauva les premiers & les plus riches de la ville que leurs biens où leurs places expoſoient à la haine & à l'avarice de la populace, ſous prétexte d'un crime véritable ou ſuppoſé.

Les Magnéſiens & les Tralliens envoyerent alors des Ambaſſadeurs au Roi pour ſe ſoumettre à

todia liberarentur. Sed hæc in sequens tempus excurrere: tum ad Ephesum itum est, quam accepto cladis Persicæ nuncio præsidiarii deseruerant, duabus Ephesiorum triremibus avecti.

Erat inter eos Amyntas Antiochi filius, qui ex Macedonia profugerat, nulla quidem injuria affectus, sed quod periculum a rege metueret: quem quia invisum exosumque habebat, illius animum ex suo metiebatur. Quarto postquam Sardibus movisset die, Ephesum introiit Alexander, restitutisque exsulibus, qui paucorum dominatione pulsi fuerant, rempublicam populo tradidit. Ille libertatis diu desideratæ compos, eos qui Memnonem advocavissent, quique templum Dianæ spoliassent, inque eo Philippi statuam dejecissent, aut Heropythi monumentum effodissent, quod liberatori civitatis in foro positum fuerat, ad supplicium poscit. Ex quibus Pelagon cum fratre Syrphace & patruelibus, ex ipsa æde in quam confugerant, rapti sunt, statimque lapidibus obruti. Jamque in cædes & injurias ibatur, quum Alexander inhibita vulgi licentiâ, ulterius eo de negotio inquiri, aut cuique molestiam exhiberi vetuit: id optimis quibusque saluti fuit; quos per causam veri fictive criminis, ipsorum dignitas aut opulentia furibundæ plebis odiis avaritiæque objecisset.

Inter hæc Magnetes & Tralliani legatos mittunt, imperium accepturi; eò Parmenione

cum quinque peditum millibus, equitibusque ducentis ire jusso, Alcimalum cum paribus fere copiis circum Æolicas Ionicasque Persici juris urbes mittit: utrique injunctum ut abolito paucorum dominatu, popularem ubique statum introducerent: quippe multitudinem suis rebus studere compererat, obque eam rem tyrannos a Barbaris impositos, per quos coërceretur.

Per eos dies, dum Ephesi commoratur Alexander, ut ex instantibus curis recrearet animum, frequenter in officinam Apellis ventitavit, a quo uno effigiem suam penicillo exprimi volebat: tanto favore complexus, ut dilectissimam pellicum, amore ejus deperire sentiens artificem, dono dederit. Pancasta vocabatur, ex Larissa nobili Thessaliæ urbe genus ducens, amabatque eam Rex ardenti affectu, ob formæ pulchritudinem, & quoniam adolescenti prima mulierum ad libidinem placuerat. Hoc ut magnanimitatem Alexandri non dedecet, ita non crediderim, in officina imperite multa disserentem, ab Apelle mordaci dicterio repressum fuisse: nam id neque majestati tanti regis, neque modestiæ pictoris, hominis non stupidi nec indocti, convenisset: & Alexander liberalibus studiis ab extrema ætate imbutus, etiam de artibus quas non calleret, haud inepte judicare didicerat.

ſon empire, & Parménion eut ordre d'y aller avec cinq mille hommes de pied & douze cents chevaux : Alcimale fut envoyé avec autant de troupes ſur les frontieres des villes Eoliennes & Ioniennes qui étoient de la domination des Perſes. Le Prince commanda à ces deux Capitaines de détruire l'autorité de quelques-uns qui y affectoient un pouvoir ſuprême, & d'établir en tout lieu un état populaire. Il avoit reconnu l'affection des peuples pour lui, & que cette raiſon avoit engagé les Barbares à leur donner des tyrans pour les contenir dans la ſervitude.

Durant le ſéjour qu'Aléxandre fit à Epheſe, pour reſpirer quelque-temps au milieu de ſes occupations, il entroit ſouvent dans l'attelier d'Apelles, qui ſeul avoit la permiſſion de le peindre. Il eſtima cet artiſte au point de lui donner la plus aimable & la plus aimée de ſes concubines, parce qu'il avoit remarqué ſa paſſion pour elle. Son nom étoit Pancaſte : elle étoit de Lariſſe, une des principales villes de Theſſalie : le Roi lui étoit attaché à cauſe de ſa beauté & parce qu'elle étoit la premiere femme qu'il avoit aimée. Ce procédé ne paroît pas indigne de la générosité d'Alexandre ; mais je ne puis croire qu'Apelles ſe ſoit permis une raillerie piquante contre ce Prince, lorſque dans ſon attelier, il voulut critiquer différentes choſes au ſujet de ſon art, dont il avoit peu de connoiſſance. Ce fait paroît peu conforme à la majeſté d'un si grand Roi, & à la modeſtie d'un Peintre, homme d'eſprit & qui n'ignoroit pas les bienſéances. Alexandre inſtruit dès ſa jeuneſſe dans les ſciences, avoit appris à juger raiſonnablement des arts mêmes dont il n'avoit pas fait une étude particuliere.

Le rapport des autres hiſtoriens paroît plus probable. Selon eux, Apelles reprit un des prêtres de Diane d'Epheſe, appellé Mégabyſes. *Quand vous gardiez le silence*, lui dit le Peintre, *l'or & la pourpre dont vous êtes revêtu, vous faiſoient reſpecter des ignorants ; mais depuis que vous avez commencé à parler des choſes que vous n'entendez pas, les apprentifs mêmes qui broyent les couleurs, ſe mocquent de vous avec raiſon.* Heroſtrate, comme nous avons déja dit, avoit mis le feu au fameux temple de cette ville, & les Ephésiens le faiſoient rétablir alors avec beaucoup de ſoin & des dépenſes excessives. Aléxandre qui vouloit ſeconder leur zéle & contribuer à ce travail, attribua au temple de la Déeſſe les tributs qu'on avoit coutume de payer aux Perſes, & il confirma le droit d'asyle que Bacchus & Hercules, ſelon la tradition, lui avoient conſervé. Il augmenta même l'eſpace où l'on pouvoit jouir de ce droit & l'élargit de tous côtés juſqu'à une ſtade d'étendue.

Lorſque l'Asie fut pacifiée, il écrivit aux Ephésiens, qu'*il leur rendroit toutes les dépenſes faites pour cet édifice, qu'il fourniroit de ſon tréſor ce qu'il faudroit pour l'achever, pourvu que ſon nom fût mis dans l'inſcription de ce temple quand il ſeroit achevé.* Les Ephésiens s'en excuſerent ; mais parce qu'il étoit dangereux de refuſer quelque choſe à Alexandre, leur Ambaſſadeur eut recours à l'adulation, moyen sûr de ſe rendre maître de l'eſprit d'Alexandre, & que l'Ephésien avoit déja éprouvé. *Prince*, lui dit-il, *il ne vous conviendroit point, étant au faite de la grandeur humaine, & un Dieu, de conſacrer quelque choſe aux autres Divinités : les hommes ne rendent cet honneur qu'à des êtres qui leur ſont ſupérieurs.* Cette ſorte d'émulation que la

Illud propius vero eſt, quod alii tradiderunt, quemdam ex Epheſiæ Dianæ ſacerdotibus, quos Megabysos appellari mos erat, reprehensum, quum quidem ei diceret Apelles, *quoad tacuiſti, aurum hoc atque purpura venerabilem te faciebant imperitis: at nunc de rebus quas non intelligis incipientem loqui, etiam pueri rident qui colores terunt.* In ea urbe longè celeberrimam ædem, ut ſupra relatum eſt, Heroſtratus incenderat. Ea tum ſummâ Epheſiorum curâ maximisque impensis inſtaurabatur. Quorum ſtudiis juvandis Alexander tributa quæ Perſis dare conſueverant, Dianæ pendi jussit: confirmavitque jus asyli, quod antiquitùs etiam Liberum patrem Herculemque ſervavisse cognoverat; addito etiam ſpatio, ut quaqua versum in unius ſtadii amplitudinem extenderetur.

Poſteâ quoque, quum Aſiam perpacasset, ſcripsit Epheſiis, *ſe omnes ſumptus qui in id ædificium facti essent, reſtituturum, quique porro requirerentur, præbiturum de ſuo: ita tamen ut ipsius nomen inſtaurato operi inscriberetur*; idque deprecati ſunt Epheſii: quo tempore, quia Alexandro petenti aliquid denegare arduum erat, legatus eorum ad adulationem confugit, qua maximè expugnabilem norat, dixitque, *dedecere culmen ipsius, si Diis aliquid consecraret, quum ipse Deus esset: nam eum honorem ab hominibus haberi potiori naturæ.* Ea gloriæ contentio inter maximum regem & unam civitatem fuit: obtinuerunt Epheſii;

& maluerunt ingenti pecunia carere, quam inſtaurati templi titulo regi cedere. Nam quantos in id opus ſumptus contulerint, vel ex una tabula æſtimare licet, quam ibi dedicaverunt, viginti talentis auri redemptam. Alexander erat fulmen tenens, quem inimitabili dexteritate Apelles expreſſerat, quatuor tantum coloribus usus, quò majus peritis miraculum esset.

Cap. VII. Sub idem tempus antiqui ſplendoris ſedem Smyrnæi receperunt, poſtquam Lydorum armis excisa vetere Smyrnâ, quadringentos per annos vicatim habitaviſſent. Reſtituit eam Rex viginti ferme ſtadiis a ſolo antiquæ urbis, ſomnio monitus. Solebat Alexander, quum à majoribus negotiis vacaret, otium venando eximere: forte exercito corpore fessus in Pago monte obdormiverat: ibi per quietem visus eſt audire Nemeses (quarum in proximo fanum erat) imperantes; *ut eo ipso loco urbem conderet, inque eam Smyrnæos deduceret.* Id insomnium mox Clarii Apollinis oraculum confirmavit, Smyrnæis consulentibus *prospere cessuram migrationem* promittens. Ita fundamenta novæ urbis imperio regis jacta ſunt, absolutæ gloriam Antigonus tulit, quum ipsum pauloposſt Alexander Lydiæ, Phrigiæque, & vicinis regionibus præposuisset.

In Smyrnæo sinu Clazomenii habitant, quâ

gloire fit naître entre un grand Roi & une ville, fut à l'avantage des Ephésiens. Ils aimerent mieux ne point recevoir les grandes ſommes qu'il leur offroit, que de partager avec lui l'honneur de l'inſcription de ce temple. On peut juger des grandes dépenſes qu'ils y firent par un ſeul tableau qu'ils dédierent & qui fut acheté vingt talents. Ils repréſenterent Alexandre tenant la foudre : Apelles y avoit mis toute la fineſſe de l'art, n'ayant employé que quatre couleurs, afin de le rendre plus digne de l'admiration des ſçavants.

Chap. VII. Alors les Smyrnéens furent rétablis dans leur ancienne ſplendeur, après avoir errés de village en village durant l'eſpace de quatre cents ans, depuis que la premiere Smyrne eut été ruinée par les armes des Lydiens : Alexandre fut averti en ſonge de la rétablir environ à vingt ſtades de l'endroit où étoit ſituée l'ancienne ville. Dans ſon loiſir il ſe divertiſſoit à la chaſſe : un jour fatigué de cet exercice, il s'endormit au pied du mont Pagus, & durant ſon ſommeil, il lui ſembla que la Déeſſe Némésis, dont le temple n'étoit pas éloigné de là, *lui commandoit de bâtir une ville en ce même lieu, & d'y mener les Smyrnéens.* Ce ſonge fut confirmé par un Oracle d'Appollon Clarien qui répondit aux Smyrnéens qui le conſulterent, *Que le changement de lieu auroit un ſuccès heureux.* Ainsi l'on jetta les fondements d'une nouvelle ville par le commandement du Roi, & Antigone eut la gloire de l'achever, lorſqu'Alexandre lui eut donné le Gouvernement de la Lydie, de la Phrygie, & des autres régions voisines.

Les Clazoméniens habitent dans le golfe de

Smyrne vers l'endroit où le terrein eſt plus étroit & fait une forme de péninſule, en attachant au continent les terres qui s'avancent dans la mer environ de ſoixante ſtades. Teos eſt ſur l'autre rivage de l'Iſthme vis-à-vis de Clazomene, fameuſe encore par la vertu de ces femmes qui prédiſoient l'avenir, eſt à l'extrémité de la péninſule. La haute montagne de Mimas, qui eſt proche de cette ville, & qui regarde l'iſle de Chio, découvre de tous côtés dans la mer; ſa pente eſt inſensible, & ſe termine en une plaine, près de l'endroit où ſont situés les Clazoméniens.

Alexandre ayant consideré l'assiette & la diſpoſition de ce lieu, réſolut de le couper & de le ſéparer de la terre ferme, afin d'environner Erythre & Mimas par la mer, & de joindre enſemble l'un & l'autre golfe. On dit que ce fut là la ſeule choſe dont le ſuccès ne répondit pas à l'intention de ce Prince, car la fortune favoriſa tous ſes autres projets, comme s'il eût été de ſa gloire qu'Alexandre n'entreprit rien vainement. Enfin l'on crut, comme un point de religion, qu'il n'étoit pas permis aux hommes *de changer la face & la diſpoſition que la nature avoit donnée à la terre*, lorſqu'on eut vu que d'autres avoient formés les mêmes deſſeins ſans avoir eu plus de ſuccès. Cependant il attacha Clazomene à la terre ferme par une digue de deux ſtades; car autrefois les Clazoméniens l'avoient tranſportée dans une iſle par la crainte qu'ils avoient des Perſes: mais il laiſſa la charge de ſes entrepriſes aux Gouverneurs qu'il mit dans les lieux.

Après avoir fait dans Epheſe de grands & de pompeux ſacrifices à l'honneur de la Déeſſe, il fit faire l'exercice à ſon armée, & le lendemain ayant pris

anguſtissimum eſt ſolum, quod procurrentes in mare terras per ſexaginta ferme ſtadia continenti adnectens, peninsulæ ſpeciem efficit. Alterum Iſthmi latus ex adverso Clazomeniorum Teos occupat: in extremo peninsulæ cornu Erythræ ſunt, tum quoque fatidicis mulieribus inclytæ: juxta quas mons altissimus Mimas, inſulæ Chiorum oppositus mare proſpectat, deinde paulatim depressior, haud procul anguſtiis Clazomeniorum in æquales campos desinit.

Eam loci naturam contemplatus Alexander, faucibus intercisis auferre continenti decrevit, ut Erythris & Mimanti mare circumfunderet, ac ſuperiorem inferioremque sinum conjungeret. Id unum Regi ex ſententia ſuccessisse negant, quum ceteros ejus conatus fortuna enixe juvaret, abiitque res in religionem, *nec fas esse mortalibus* exiſtimatum eſt *mutare faciem, quam natura locis indiderit:* utique poſtquam alios similia molitos ubique ſuccessus deſtituit. Clazomenas tamen, mole duorum ſtadiorum aggeſtâ continenti junxit, quas olim metu Persarum Clazomenii in insulam tranſtulerant. Sed hæc quidem opera regiis præfectis commissa ſunt.

Ipse ſacrificiis Ephesi magnifice celebratis, in honorem Deæ cum universo exercitu qui aderat, in armis decucurrit; poſtero deinde

die cum peditatu quem ſecum habebat, aſſumptis Thracum equitibus, & quatuor amicorum turmis, inter quas & regia erat, Miletum contendit. Quippe Hegesiſtratus præsidii præfectus literis ad eum missis, ſpem deditionis fecerat: ſed poſtquam Persarum classem in propinquo versari cognoverat, mutata ſententia oppidum Dario conſervare nitebatur: nam & commeatuum telorumque, & si qua alia ad tolerandam obsidionem requiruntur, magnam habebat copiam, & propugnatorum multitudine abundabat; quia Memnon quum ex prælio Miletum perfugisset, multis ibi ſuorum relictis præsidium firmaverat.

Igitur infeſto agmine ſuggressus, exteriorem urbem, ut ipsi vocabant, ex itinere cepit: nam oppidani militesque, ne vires ſpargerent, in interiorem urbem concesserant, auxilium ſuorum, quod haud procul abesse rebantur, operituri. Verùm vanam expectationem fecit Macedonicæ classis adventus, quæ Nicanore duce, Laden insulam ſupra Miletum sitam occupavit: deinde quum jam hoſtium classis ad Mycalem montem hæreret, ipsum Milesiorum portum ingressa Persici auxilii ſpem oppidanis ademit. Neque prohibebant Barbari, quamquam numero navium longè præſtarent: quippe paulò minus quadringentis habebant, quum Nicanor tantum ſexaginta ſupra centum adduxisset.

Interea Glaucippus princeps civitatis ad Alexandrum missus, petito, *ut urbem & par-*

avec lui la cavalerie des Thraces, & quatre régiments de ſoldats les plus fidéles, entre leſquels étoit le Royal; il alla droit à Milet avec ſon infanterie. Higetiſtrate Capitaine de la garniſon, lui avoit fait eſpérer que la ville ſe rendroit; mais depuis qu'elle eut appris que l'armée navale des Perſes n'étoit pas loin, elle changea de réſolution, & s'efforça de la conſerver à Darius. Elle étoit abondamment fournie de vivres, d'armes, & de toutes les autres choſes qui ſont néceſſaires pour ſoutenir un siége: elle renfermoit un grand nombre de gens de guerre, parce qu'après la bataille, Memnon s'étant retiré à Milet, y avoit laiſſé beaucoup de ſes ſoldats, & en avoit fortifié la garniſon.

Alexandre en approcha ſans bruit avec ſon armée en bataille, & prit d'abord ce qu'ils appellent la ville extérieure; car les habitants & les ſoldats s'étoient retirés dans la ville intérieure pour ne pas diviſer leurs forces, en attendant le ſecours qu'ils croyoient déja proche d'eux. Mais l'arrivée de l'armée navale des Lacédémoniens trompa leur attente, & ſous la conduite de Nicanor, elle s'empara de l'iſle de Lade qui eſt au-deſſus de Milet. Lorſque celle des ennemis eut mouillé l'ancre ſous le promontoire de Micale, il entra dans le port même des Miléſiens & leur ôta l'eſpérance de tout ſecours. Les Barbares ne s'y oppoſerent point, quoiqu'ils fuſſent les plus forts par le nombre de leurs vaiſſeaux, car ils en avoient plus de quatre cents, & Nicanor n'en avoit pas plus de cent ſoixante.

Alors Glaucippus, le premier & le plus conſidérable de la ville, fut envoyé à Alexandre, à qui il

demanda qu'il voulût permettre que *la ville & le port de Milet fussent communs aux Macédoniens & aux Perses*. Mais il n'en remporta que cette triste réponse : *qu'il n'étoit pas venu en Asie pour prendre ce qu'on voudroit lui donner ; mais afin que l'on possédât ce qu'il donneroit lui-même : Qu'ils se résolussent donc ou de lui abandonner au plutôt la disposition de leur fortune, ou de combatire le lendemain, & de la disputer avec les armes.* Ceux qui étoient dans la ville repousserent courageusement les premiers efforts des Macédoniens, & outre les autres qui furent tués dans l'assaut, il y demeura deux fils d'Hellanicé, nourrice d'Alexandre & sœur de Clitus, qui avoit sauvé le Roi avec tant d'honneur & de gloire. Les assiégeants animés par le dépit & par la colere, avoient fait tomber avec leurs machines une grande partie des murailles de la ville, & ils étoient déja prêts d'y entrer : les assiégés apperçurent alors dans le port les vaisseaux des Macédoniens ; ils en furent si épouvantés, qu'une partie s'étant couchée sur ses boucliers, se jetta à la nage dans une petite isle qui est assez proche de la ville, & les autres qui étoient déja dans les batteaux, & tout prêts à se sauver, furent pris à l'entrée du port par les ennemis.

Alexandre maître de Milet, ne laissa pas en repos ceux qui s'étoient emparés de l'isle ; il envoya contr'eux des vaisseaux où il fit mettre des échelles afin que le soldat pût monter sur les bords escarpés de cette isle, comme sur les murailles de quelque ville ennemie. Après avoir reconnu que les Grecs soudoyés qui s'y étoient retirés, étoient résolus de s'y défendre jusqu'à la derniere extrémité, quoiqu'ils ne fussent pas plus de trois cents, il fut tou-

tus Macedonibus Persisque communes esse pateretur, triſte responsum retulerat: *non ſe venisse in Asiam, ut acciperet quod alii concederent, ſed ut quisque haberet quod ipse reliquisset, itaque ſcirent omnium fortunarum arbitrium meliori permittendum, aut in proximam lucem de eo certandum esse.* Sed qui in civitate erant, primum invadentium impetum fortiter retuderunt, cæsis inter alios duobus Hellanicæ filiis, quæ nutrix Alexandri fuerat, & Clitum, qui rege ſervato eximium decus meruit, fratrem habebat: ſed quum dolore iraque incensi hoſtes machinis admotis magnam murorum partem dejecissent, jamque in oppidum irrupturi viderentur, conspectisque in portu Macedonum triremibus, novus terror ingrueret, pars ſcutis incubantes in parvam insulam urbi objacentem enataverunt, alii ſcaphis conſcensis, quum iter molirentur, in ipso portûs aditu ab hoſtium navigiis intercepti ſunt.

Alexander oppido in poteſtatem redacto, contra eos qui in insulam tenebant, naves expediri jussit, quibus impositæ proris ſcalæ ferebantur; ut in abruptam inſulæ oram, velut in muros hoſtilis oppidi transcenderet miles. At quum mercenarios Græcos qui eò confugerant, quamvis haud plures trecentis essent; ultima pati paratos conspiceret, misertus virorum fortium, & qui pro fide in eos a quibus

conducti erant, haud procul exitio abessent, iis pepercit, & fecum militare jussit. Barbaros in urbe deprehensos in fervitutem redegit, Milesiis qui fuperfuerant libertatem reftituit, ob veterem urbis gloriam.

Tantum enim aliquando opibus gloriâque Miletus floruerat, ut per vicina maria fupra feptuaginta colonias deduxerit; multis quoque civibus nobilis, qui in facris certaminibus palmam adepti, patriæ celebritatem auxerant: nam ejusmodi victoriæ, more quodam Græcorum, inter prima virtutis decora cenfentur. In quem jocatus Alexander, magnâ multitudine ftatuarum conspecta; *ubi erant iftorum lacerti*, inquit, *quum Persarum jugum recepiftis?* Quippe vir ftrenuus, & ad bellandi usum cuncta referens, ignominiosum ducebat, debitum feriis certaminibus robur, ad voluptatem inertis vulgi, inani oftentatione consumere.

Intereà milites, quia vi introïtum erat, obvia quæque diripientes, ad fanum Cereris pervenerant, quod quum expoliaturi quidam irrupissent, ignis ex penetralibus ædis repente emicans, facrilegorum oculos extinxit. Hìc etiam progenitorum fuorum monumenta Alexander reperit, inspecto fonte, cujus aqua ex

ché de la résolution de ces hommes courageux, qui vouloient perdre la vie pour garder la foi à ceux qui les avoient employés. Il leur fit donc grace librement, & voulut qu'ils portassent sous lui les armes; mais il mit en servitude tous les Barbares qui se rencontrerent dans Milet, & en considération de l'ancienne gloire de cette ville, il rendit la liberté à tous les Milésiens qui y étoient demeurés.

La ville de Milet avoit été autrefois si florissante par ses richesses, par sa grandeur & par sa gloire, qu'elle avoit envoyé sur les mers voisines plus de soixante-dix Colonies. Elle étoit encore illustre par le nombre de ses citoyens, qui ayant remporté le prix dans les combats sacrés, avoient augmenté la gloire & la réputation de leur patrie. Ces sortes de victoires, suivant la coûtume des Grecs, étoient considérées comme un des plus grands honneurs que la vertu pouvoit recevoir. Alexandre voulant railler cette coûtume lorsqu'il vit tant de statues: *Où étoient donc*, dit-il, *les mains & les bras de ces grands hommes, lorsque vous reçûtes le joug & la domination des Perses?* Ce Prince courageux, qui rapportoit toutes choses à l'usage de la guerre, croyoit qu'il étoit honteux d'employer par ostentation pour le divertissement du peuple, ce courage & cette force que l'on devoit réserver pour les vrais combats.

Cependant parce que les gens de guerre étoient entrés de force dans la ville, ils prirent tout ce qui se présenta devant eux. Arrivés au temple de Cérès, quelques-uns d'eux s'y jetterent avec intention de piller; mais aussi-tôt il sortit du fond du temple un feu si vif & si brillant, qu'il aveugla ces sacriléges. Alexandre y trouva des monuments de ses ancêtres;

car il vit une fontaine que les Milésiens appellent la fontaine d'Achille, qui eſt ſalée dans ſa ſource, & qui eſt douce en ſe répandant en ruiſſeaux. On rapporte qu'Achille s'y lava après avoir défait Strambelus fils de Télamon, qui amenoit du ſecours aux Lesbains. Il y avoit chez les Miléſiens un Oracle d'Apollon Didyméen qui étoit en grande réputation: on dit que Séleucus qui, après Alexandre, fut le Prince le plus riche, l'ayant conſulté ſur ſon retour en Macédoine, il lui répondit, *qu'il prit congé de l'Europe, & qu'il embrassât l'Asie.*

Une autre merveille charma l'eſprit du Roi curieux, & la ſingularité des événements l'affectoit beaucoup. On lui dit qu'il y avoit dans la ville de Jaſſe, ſituée dans une iſle proche de Milet, un enfant qui étoit aimé d'un dauphin, que ce poiſſon connoiſſoit même ſa voix, & que toutes les fois que cet enfant l'appelloit, il ne manquoit pas de venir, & de le recevoir ſur ſon dos s'il vouloit qu'il le portât. Alexandre jugeant que cet enfant étoit aimé de Neptune le fit grand Prêtre de ce Dieu.

CHAP. VIII. Alexandre s'étoit rendu maître de Milet; mais la flotte nombreuſe des Barbares l'inquiétoit toujours. Ils ſe promenoient ſur la mer, pleins de confiance dans le nombre de leurs vaiſſeaux & dans l'expérience qui les rendoient ſupérieurs à leurs ennemis. Souvent, comme pour les braver, ils ſe préſentoient devant le port de la ville, où les vaiſſeaux du Roi s'étoient retirés. Alexandre envoya Philotas avec de la cavalerie & trois régiments d'infanterie au promontoire de Mycale, où les Perſes étoient à l'ancre. Son deſſein étoit de les

ipso ſcaturiginis labro hauſta ſalsum ſaporem habet, eadem dulcissima, quum profluxit in rivulos. Achilleum Milesii nominant, inque eo luſtratum heroëm rumor tenuit, quum Strambelum Telamonis filium Lesbiis auxilium ferentem oppressisset. Apud Milesios Didymei Apollinis oraculum erat, divitiis famaque celebre. Id tum Seleucus, cujus maximæ poſt Alexandrum opes fuere, de reditu in Macedoniam consuluisse dicitur, & reſponsum accepisse, *ut Europâ valere jussâ, Asiam complecteretur.*

Aliud ſubinde miraculum attentum habuit regem, cujus curiosum ingenium, & cognoſcendi avidum, novitate rerum mire afficiebatur. Amatum a delphine puerum ex Jaſſo, quod haud procul Mileto in insula situm oppidum eſt, acceperat; ejusque vocem agnovisse piſcem, & quoties evocaretur, vehi cupientem excepisse dorso. Igitur gratum acceptumque Neptuno hominem interpretatus Rex, ſacerdotio ejus Dei illum præfecit.

Cap. VIII. Occupata hunc in modum Mileto, quuum adhuc Barbarorum numerosa classis in mari vagaretur, & fiduciâ multitudinis ſuæ, quodque peritiâ rei nauticæ Macedonas anteïret, hoſtem ad navale prœlium provocaret, obque ipsum urbis portum, in quem naves ſuas abduxerat Rex, frequenter obverſaretur; Alexander Philotam cum equitatu & tribus peditum cohortibus ad Mycalen montem mittit, ubi Perſicarum navium ſtatio erat,

ut exscendere volentes ſubmoveret, neque aquari lignarive, aut cetera necessaria è terra petere permitteret. Ea res barbaros in maximas anguſtias conjecit: obsessis similes hærebant in portu, neque terram ubi volebant capere, aut necessariis rebus refici poterant. Itaque consilio habito, Samum averterunt curſum, petitoque inde commeatu, Miletum revecti ante oſtium portûs inſtructa acie conſtiterunt.

Inter hæc, quinque Persarum naves in portu quodam qui inter parvam illam insulam, de qua ſupra dictum eſt, & ſtationem Macedonicæ classis medius erat, multa hoſtium navigia conspicati plenis velis eò ferebantur: nam maximam ſociorum navalium partem ob varios usus abesse conjecerant; vacuarumque navium haud difficilem occupationem fore arbitrabantur. At Rex iis qui aderant celeriter in decem triremes impositis, obviam ire hoſtibus jubet. Illi tum numero navium, tum inopinata re perterriti, quum ultro ſe peti conspicerent ab iis, quos imparatos oppressuri venerant, terga vertunt; una tamen navis, quæ Jassios vehebat, deprehensa eſt: ceteræ velociores ad ſuam classem effugerunt: ita nullo eorum quæ intenderant effecto, Mileto discessum eſt.

Alexander, quum ſuam classem neque hoſtili parem, & ad alios usus ſupervacuam sibi cerneret, multique & graves ad eam ſumptus requirerentur, dimittere eam ſtatuit; paucis

empêcher

empêcher de faire aucune descente, soit pour chercher de l'eau ou du bois, soit pour les autres choses nécessaires à la vie. Les Barbares réduits à l'extrémité, furent contraints à demeurer en ce lieu comme des gens assiégés, ne pouvant aller à terre pour se procurer ce dont ils avoient besoin. Après avoir tenu conseil, ils prirent la route de Samos, d'où ayant tiré des vivres, ils reparurent devant le port de Milet, & s'y présenterent en ordre de bataille.

Cependant cinq vaisseaux des Perses ayant apperçu dans un port qui étoit entre la petite isle dont nous avons parlé, & l'endroit où la flotte des Macédoniens étoit à l'ancre, plusieurs vaisseaux ennemis, ils y vinrent aussi-tôt à pleines voiles: ils avoient conjecturé que la plûpart des gens de mer en étoient alors éloignés, comme étant employés ailleurs, & s'imaginoient qu'il leur seroit facile de s'emparer de ces vaisseaux sans défense. Le Roi ayant promptement fait entrer dans dix galeres ceux qui étoient alors présents, leur commanda d'aller au-devant des ennemis. Les Perses épouvantés par le nombre de ces vaisseaux & par l'attaque de ceux qu'ils croyoient surprendre les premiers, prirent la fuite. On prit un des vaisseaux où il y avoit des Iassiens; mais comme les autres étoient meilleurs voiliers, ils se sauverent parmi le reste de la flotte, & se retirerent de Milet sans avoir rien exécuté de tout ce qu'ils avoient entrepris.

Alexandre voyant que sa flotte n'étoit pas égale à celle des ennemis, qu'elle lui étoit inutile aux autres choses, qu'il falloit faire de grandes dépenses pour l'entretenir, résolut de la renvoyer, & de rete-

nir ſeulement un petit nombre de vaiſſeaux afin de porter les machines dont on ſe ſert aux ſiéges de villes. Parménion n'étoit pas de ce ſentiment, & avoit conſeillé au Roi de livrer un combat. Il diſoit *que si les Macédoniens étoient vainqueurs on en tireroit un grand avantage pour toutes les autres entrepriſes, & que s'ils étoient vaincus, ils ne feroient pas une grande perte, puiſque les Perſes avoient déja la domination de la mer, & qu'au reſte ceux qui étoient les plus forts ſur terre, en défendroient aiſé les rivages.* Afin que ſon opinion fût plutôt ſuivie il témoigna qu'il étoit prêt d'exécuter le conſei qu'il avoit donné, & qu'avec autant de vaiſſeau qu'il plairoit au Roi de lui fournir, il vouloit bie aussi lui-même prendre ſa part du péril.

D'ailleurs ſon opinion étoit confirmée par u préſage ; on avoit vû les jours précédents un aigl arrêté ſur le bord de la mer derriere la flotte d Roi. Alexandre diſoit au contraire, que Parménio ſe trompoit, lorſqu'il étoit d'avis » qu'on opposâ » peu de vaiſſeaux au grand nombre que les enne» mis en avoient, & des gens de mer ſans expé» rience, à des marins expérimentés ; qu'il ne » défioit pas du courage des siens, mais qu'il ſça» voit bien que le courage contribuoit peu à fair» gagner des victoires dans les batailles navales » qu'elles dépendoient beaucoup plus du caprice de» flots & des vents, que la ſcience des pilotes & de» matelots ſçavoit éviter, ou faire ſervir à l'avan» tage de leur parti ; qu'il falloit eſpérer quelqu» choſe, & même de grands avantages de la form» des vaiſſeaux ; qu'ainsi les efforts des Macédo» niens ſeroient vains & inutiles, puiſque les Bar» bares pouvoient ou impunément les éviter, o

vium retentis, quibus ad obsidiones urbium achinæ tormentaque portarentur. Dissuase- t illud Parmenio, monueratque ut navali œlio contenderetur. *Macedonibus enim victo- bus magnum ad cetera emolumentum accessu- im esse : at victos nihil ſane amissuros, nam iperium maris jam tum esse penes Persas ; & ora facile tutaturos, qui pedeſtribus copiis plus ssent :* quòque expeditiùs quod videbatur otineret, idem qui consilium dederat, exse- ui illud paratum oſtendebat ; conscensisque ivibus quam Rex jussisset discriminis partem ipessere.

Confirmabatur etiam augurio, quod ſupe- oribus diebus a tergo regiæ classis aquila in tore consiſtens apparuisset. Contra Alexan- er » falli Parmenionem *asseverabat*, qui pau- cas ſuorum naves tantæ hoſtium multitudi- ni, imperitosque remiges & rudes classia- rios, exercitatissimis hominibus, reique nau- ticæ peritissimis objiciendos duceret : ſe qui- dem virtuti ſuorum non diffidere, ceterum ſcire illam in navalibus pugmis minimum con- ferre ad victoriam ; multò enim plura vento- rum fluctuumque ludibriis permitti, quæ gubernatorum atque remigum peritia vita- ret, aut ſuis partibus opportuna redderet : nec in ipsarum navium conſtructione nihil aut parum situm : ita Macedonum conatus vanos fore, quum eos Barbari impune aut

» eludere, aut etiam, si casus daretur, op-
» primere possent. Neque verò exiguum id
» detrimentum futurum : totam Asiam adrec-
» turam animos, si inter initia belli clades ac-
» cepta foret. Plerosque mortalium ita compa-
» ratos esse, ut eum rerum eventum exspec-
» tandum putent, quem ex principio succeſ-
» ſuum ſpe aut formidine præceperunt.

» Et ne de Asia dubitemus, *inquit*, qui
» mihi præſtabit Græcos in fide mansuros, s
» felicitatem illam expiravisse credant, quam
» si verum amamus, unam in nobis reveren
» tur? Plane ad fortunam meam pertinere ar
» bitror, quod aquila pone classem conspect
» eſt, idque boni ſuccessûs omen accipio; se
» hoc manifeſtò promittit augurium, nos hoſ
» tium naves è continenti expugnaturos esse
» nam præsaga victoriæ ales, non in navibus
» ſed in litore conſtitit; nec magis eventum
» quam locum oſtendit belli. Nam si, ut cœ
» pimus, maritimas urbes noſtri juris effici
» mus, Persarum classis ultro dilabetur : ne
» que enim ſupplementum, aut ſecuræ etiam
» ſtationes in promptu erunt; & si hæc adi
» mas, quò plus in mari habent virium, e
» celeriùs consumentur. Atque sic implebi
» mus fidem vaticinii, quod æreæ tabulæ in
» ſcriptum nuper ex quodam in Lycia font
» ebullivisse comperimus, *inſtare terminum*
» *Persici imperii*.

s'en rendre victorieux : que cette perte ne feroit pas de peu d'importance ; que toute l'Asie reprendroit courage, si dès le commencement de la guerre, leurs ennemis étoient battus. Que la plûpart des hommes étoient composés de telle sorte, qu'ils attendoient en toutes choses la fin & l'événement que l'espérance ou la crainte leur avoit fait concevoir d'abord.

» Mais sans parler de l'Asie, dont on ne doit point douter que ce ne soit là le sentiment, qui pourroit m'assurer, *dit-il*, que les Grecs me garderont leur foi, s'ils se persuadent une fois que nous avons perdu cette prospérité qu'ils respectent seule en nous, si nous voulons dire la vérité ? Pour moi j'estime qu'il est avantageux à ma fortune qu'on ait vu cet aigle derriere ma flotte, & je prends cela pour le présage d'un bon succès : cet augure nous montre que nous vaincrons de la terre les vaisseaux des ennemis. En effet cet oiseau qui présage la victoire, ne s'est pas arrêté sur les vaisseaux, mais sur le rivage, & ne nous a pas plutôt montré l'événement de la guerre, que le lieu où nous devons la faire. Si nous réduisons sous notre puissance les villes maritimes, comme nous avons commencé, l'armée navale des Perses se dissipera bientôt d'elle-même, quand elle ne trouvera plus ni de renfort & de vivres, ni enfin de ports assurés où elle puisse se retirer. Si vous ôtez ces avantages aux ennemis, plus ils auront de force en mer, & plutôt elles se dissiperont. Ainsi nous accomplirons la prédiction de cette lame de cuivre, qu'une fontaine de Lydie jetta dernierement en se débordant, & sur laquelle nous avons trouvé écrit, *que la fin de l'Empire des Perses approchoit.*

Il congédia donc ſon armée navale, & laiſſa à ſ
Capitaines la charge de ſubjuguer le Pont, & l
contrées voisines du Pont. Quant à lui, ſuivant ſc
deſſein, il paſſa dans la Carie, où il avoit appı
qu'un grand nombre des ennemis s'étoient retiré
Halicarnaſſe qui étoit forte & par ſa situation,
par deux bonnes citadelles, leur avoit fait eſpér
d'arrêter par ſes murailles, comme par une pui
ſante digue, l'impétuosité d'Alexandre qui venc
comme un torrent. On eſpéroit beaucoup en Mer
non, qui préparoit avec un grand ſoin tout ce q
eſt utile & néceſſaire quand on veut ſoutenir 1
siége: il n'y avoit pas long-temps que Darius l
avoit donné le Gouvernement de toute la côte
la mer, & le commandement de l'armée navale.

Cet homme étoit intelligent & habile à connc
tre les occasions & à les ſaisir: il voyoit que malg
ſa ſupériorité dans l'art de la guerre ſur tous les C
pitaines de la Perſe, on l'honoroit moins qu'il ſer
bloit le mériter, parce qu'il étoit Grec d'origin
& qu'autrefois ayant été bien reçu dans la Cour
Macédoine, on pouvoit le ſoupçonner d'intel
gence. Il envoya à Darius & ſes enfants & ſa fe
me, ſous prétexte d'être en peine de leur ſûret
mais en effet pour gagner ſa confiance en lui dc
nant ces ôtages. Alexandre entré dans la Carie,
duisit en peu de temps toutes les villes entre Mi
& Halicarnaſſe; la plûpart étoient habitées par
Grecs, à qui il avoit coûtume de rendre leurs lc
& leurs priviléges, proteſtant qu'il n'étoit ve
dans l'Asie que pour la mettre en liberé.

Bientôt après il ne s'acquit pas moins l'affecti
des Barbares par le bon accueil qu'il fit à Ada Pri
ceſſe du ſang Royal, qui vint le visiter comme

Ita dissolutâ classe, Pontum adjacentesque onto regiones prætoribus ſuis ſubjugandas eliquit; ipse inſtitutum iter prosequutus, in Cariam movit: nam eò magnam vim hoſtium onfluxisse cognoverat. Quippe Halicarnaſſus naturâ loci munitissima, duplicique arce ita, ſpem præbebat Macedonem torrentis iore ruentem, ex urbe tanquam crepidine pposita coërceri posse. Maxima in Memnone ſpes erat, qui omnia ad ferendam obsiionem opportuna ſummâ curâ præparabat. Juper enim a Dario maritimæ oræ totiusque lassis prætor creatus erat.

Nam homo callidus temporumque prudens, uum ſe omnes Persicos duces bellicis artibus iperantem, unam ob causam infra meritum onorari intelligeret, quod Græcus genere, & olim Macedonicæ regiæ hospes de proditione ſuſpectus haberi poterat; uxorem ſuam liberosque ad Darium misit, quasi de ſecuritae illorum ſolicitus, revera ut his velut obsilibus fiduciam regis obligaret. Ceterum Alecander Cariam introgressus, omnia inter Mietum & Halicarnassum oppida brevi in poeſtatem redegit. Pleraque enim Græcis incolis habitabantur, quibus immunitatem ſuasque eges reſtituere consueverat, ob liberandos eos in Asiam venisse professus.

Neque minorem mox a Barbaris iniit gratiam, comiter exceptâ Adâ, regii generis muliere, quæ iter per ea loca facientem conve-

nerat, illiusque fidem implorans in regnum restitui oraverat. Nam Hecatomnus Cariæ rex tres filios habuit, duas filias : ex quibus maximus natu Mausolus Artemisiam duxerat : minor ex sororibus Ada fratri Hidreo nupsit. Sed Mausolo quidem soror eademque conjunx successit, more gentis, quo in matrimonium regnumque sociari fas est iisdem parentibus genitos : at postquam Artemisia desiderio defuncti extabuit, Hidreus regno potitus, & sine sobole mortuus, Adæ reliquit imperium. Hanc Pexodarus expulit, qui unus de Hecatomni filiis supererat, & quanquam is decessisset, exclusa manebat, quia Orontobatem nobilem Persam Pexodarus generum adsciverat, ut in novo & vi parto imperio illius opibus & gratia protegeretur : atque ille exstincto socero, velut dotale regnum retinebat.

Eam injuriam deplorans mulier, simul Alindis deditis (munitissimum id castellum erat) impetravit, ut nomen filii quod deferebat, lubens acciperet, strenuamque ei operam ad antiquæ dignitatis decus mature recipiendum polliceretur. Neque promisso fides defuit ; expugnatâque deinde Halicarnasso, totam illi Cariam parere jussit. Interim fama benigne exceptæ reginæ per omnem illum tractum diffusa, multas civitates Alexandro conciliavit ; nam pleræque a necessariis aut

paſſoit par cette contrée, & qui le pria de la prendre en ſa protection, & de la rétablir dans ſon Royaume. Hécatomne Roi de Carie, avoit eu trois fils & deux filles, dont l'aîné, appellé Mauſole, avoit épouſé Artemiſe, & Ada la plus jeune des filles, avoit épouſé Hidrée ſon frere. Artemiſe ſœur & femme de Mauſole, lui avoit ſuccédé au Royaume, ſuivant la coûtume du pays, par laquelle il eſt permis aux ſœurs & aux freres de ſe marier enſemble, afin de régner enſemble. Lorſqu'Artemiſe fut morte de douleur & de regret d'avoir perdu ſon mari, Hidrée qui lui ſuccéda, & qui mourut ſans enfants, laiſſa l'Empire à Ada. Mais Pexodare qui reſtoit ſeul des trois fils d'Hécatomne, la dépouilla de la puiſſance, & quoiqu'il fût mort auſſi, cependant elle fut privée de la couronne, parce que Péxodare avoit pris pour gendre Orontobate grand Seigneur de Perſe, afin d'en être protégé dans la poſſeſſion d'un Empire qu'il avoit uſurpé par force: enfin Orontobate, après la mort de ſon beau-pere, avoit retenu le Royaume comme l'ayant eu en dot de ſa femme.

Ada ayant fait ſes plaintes à Alexandre de l'injure qu'elle avoit reçue, & lui ayant donné en même-temps la fortereſſe d'Alindes, obtint de lui qu'elle l'appelleroit ſon fils, & qu'il lui donneroit du ſecours pour la rétablir dans ſa premiere dignité. Il ne manqua pas à ſa parole; car après avoir pris Halicarnaſſe, il voulut que la Carie obéit à cette Princeſſe & la reconnût pour Reine. Cependant le bruit qui courut du grand accueil qu'il avoit fait à cette Princeſſe, s'étant répandu dans cette contrée, conquit ſeul à Alexandre une infinité de villes: la plûpart étoient occupées, ou par les parents, ou par

les amis d'Ada, qui envoyerent aussi-tôt au Roi, par des Ambaſſadeurs, des couronnes d'or, avec des proteſtations de demeurer ſous ſa protection & ſous ſa puiſſance, & d'exécuter fidélement tous ſes ordres.

Tandis que ces choſes ſe paſſoient, Ada prenoit elle-même le ſoin de faire préparer des viandes délicieuſes, des pâtiſſeries, & toutes ſortes de confitures, & les envoya à Alexandre avec les cuiſiniers & ceux qu'elle croyoit les plus habiles dans ce qui concerne la table. Elle vouloit lui marquer ſa reconnoiſſance, en lui procurant, pour le délaſſer de l'exercice des armes, les plaiſirs du luxe des tables Aſiatiques. Ce ſage Prince qui ſçavoit bien que la bonne chere & les excès de la bouche ne ſont pas de ſaiſon dans les affaires ſérieuſes, la remercia de ſa bonne volonté, & lui répondit *que Léonidas ſon Gouverneur, lui avoit autrefois donné de meilleurs cuiſiniers que les ſiens; qu'il lui avoit enſeigné que pour dîner agréablement, il falloit ſe lever matin & ſe promener, & que pour faire un ſouper délicieux, il falloit faire un ſobre dîner.*

CHAP. IX. Preſque toute la Carie s'étoit rangée ſous l'obéiſſance d'Alexandre; Halicarnaſſe la capitale du Royaume étoit cependant occupée par une forte garniſon. Le Roi perſuadé que ce ſiége dureroit long-temps, y fit apporter de ſes vaiſſeaux les proviſions & les machines dont il avoit beſoin pour l'attaquer, & campa avec ſon infanterie à cinq ſtades de la ville. Quelque-temps après, comme il faiſoit battre les murailles auprès de la porte qui mene à Mylaſſe, les habitants firent ſur lui une ſortie à l'imprévu; mais les Macédoniens les ſoutinrent vigoureuſement, & après avoir taillé en pié-

ſamiliaribus Adæ tenebantur : ii per legatos obtulerunt aureas coronas, futurosque in fide ac poteſtate regis, & imperata facturos promiserunt.

Dum hæc ita geruntur, exquisitæ artis ſaporisque cibos atque bellaria ſolicite confici curabat Ada, eaque cum ipsis coquis & cupediariis regi dono mittebat, tanquam benemerenti gratiam relatura, si muniis armorum feſſum fatigatumque Asiatici luxûs deliciis exciperet. At ille prudens intemperantiam gulæ ſeria tractanti intempeſtivam esse, benevolentiæ quidem muliebri comiter gratias egit; ceterum *non attinuisse* respondit, *ut pro ipso ſolicita esset, meliores habente coquos, quibus ipsum olim pædagogus ſuus Leonidas inſtruxisset; ad prandium iter antelucanum, ad cœnam frugale prandium.*

CAP. IX. Jam tota ferme Caria in ditionem Alexandri concesserat; ſed caput regni Halicarnassus firmo præsidio tenebatur. Itaque diuturnam obsidionem fore conjectans, commeatum, & machinas quæ ad oppugnationem pertinerent, navibus eò deportari jubet; ipse cum pedeſtri exercitu quinto ab urbe ſtadio caſtra communit. Deinde muros adortum juxta portum quâ Mylassa iter eſt, improvisa oppidanorum eruptio excepit : ſed Macedonibus fortiter conserentibus manum, quibusdam ſuo-

rum amissis, haud magno negotio rejecti sunt.

Pauci deinde dies intercesserant, quum Alexander objecta spe Myndensium oppido per proditionem potiundi, nocte intempesta cum parte copiarum proficiscitur. Sed nihil quoquam movente, admotâ gravi armaturâ murum suffodi imperat : neque enim scalas aut machinas attulerat, quum oppugnandi consilio urbem non accesisset. Et illi quidem unâ turrium dejectâ, nihil tamen aperuerunt loci, quo intra perrumperent. Nam forte ita prociderat turris, ut quam murorum partem stans protexerat, non minus ruina sepiret : civesque summa ope resistebant; & ab Halicarnassensibus adjuvabantur, quos audito vicinæ civitatis periculo, maritimo itinere Memnon submiserat. Ita conatus Macedonum irritus fuit.

Alexander, ad obsidionem Halicarnassi reversus, ante omnia fossam triginta maxime cubitos latam, altam quindecim, quam hostes pro urbe duxerant expleturus, tres testudines apparat, quibus protectus miles materiam terramque sine noxa congereret. Æquata fossa, turres machinasque quibus muri sternuntur, admoveri jussit. Jamque stratâ mœnium parte, quâ ruinæ viam aperiebant, in urbem penetrare nitebantur; sed hostes, quum ob multidinem integri subinde fessis succederent, du-

ces quelques-uns des ennemis, ils les repousserent sans beaucoup de peine.

Alexandre qui espéroit prendre Mynde par intelligence, y alla de nuit avec une partie de ses troupes. Mais comme il vit que personne ne favorisoit son dessein, & qu'on ne répondoit pas à l'espérance qu'on lui avoit fait concevoir, il fit approcher ses soldats pésamment armés, & leur commanda de miner le mur ; il n'avoit apporté ni échelles ni machines, parce qu'il n'étoit pas venu avec intention de faire un siége. Ils firent tomber une tour, mais ils ne s'ouvrirent point de passage par où ils pussent entrer dans la ville ; la tour étoit tombée de maniere qu'elle défendoit encore par ses ruines cette partie de la muraille qu'elle couvroit étant sur pied. Les habitants se défendirent avec beaucoup de courage, & furent en même-temps secourus par ceux d'Halicarnasse que Memnon y avoit envoyés par mer, ayant sçu le péril où cette ville étoit réduite : ainsi l'entreprise des Macédoniens n'eut point de succès.

Lorsqu'Alexandre fut de retour au camp devant Halicarnasse, il résolut premierement de faire remplir un fossé de trente coudées de large, & de quinze de profondeur, que les ennemis avoient fait creuser devant la ville, & pour y réussir, il fit préparer trois tortues, afin que le soldat couvert de cette défense, pût apporter sans péril & la terre & les autres choses qui pouvoient combler le fossé. Dès qu'il fut rempli, le Roi fit aussi-tôt approcher les tours & les machines qui servent à renverser les murailles. Les Macédoniens s'efforcerent d'entrer dans la ville par la brêche ; mais les ennemis se relevoient successivement, leur nombre leur permettoit de se

ſuccéder les uns aux autres, & la préſence de leurs chefs qui les animoient, leur fit faire une réſiſtance généreuſe.

Ainsi le jour ayant été employé en diverſes attaques, Memnon qui s'imagina que les ennemis fatigués faiſoient la garde plus négligemment que de coûtume, ſortit de la ville, de nuit, avec un bon nombre de ſes ſoldats, & mit le feu aux travaux & aux machines. Les Macédoniens accoururent en même-temps pour l'éteindre ; ceux de Memnon voulurent les empêcher, & il y eut encore en cette occasion un combat aſſez ſanglant. Les Macédoniens avoient plus de fermeté dans les combats que leurs ennemis : leur bravoure s'étoit affermie par les dangers auxquels ils avoient été si ſouvent expoſés ; cependant les Perſes les inquiétoient beaucoup & par leur nombre & par leur appareil. Comme on livroit le combat près de la ville, ils étoient expoſés aux traits & à toutes les autres choſes qu'on leur lançoit avec des machines diſpoſées ſur les murailles, & ils ne pouvoient ſe vanger des bleſſures qu'ils recevoient.

On entendoit de grands cris de part & d'autre ; les uns animoient leurs gens, les autres diſoient des injures à leurs ennemis, & les gémiſſements des bleſſés, & de ceux qui ſe mouroient, répandoient l'épouvante & le tumulte parmi les ténébres de la nuit ; ce bruit s'augmentoit encore par les voix de la multitude qui bouchoit les bréches, tandis que les autres combattoient. Enfin les Macédoniens repouſſerent les ennemis entre leurs murailles, après en avoir tué environ cent ſoixante-dix, entre leſquels étoit Néoptoleme, qui s'étoit réfugié auprès Darius avec Amyntas ſon frere. Il ne mourut pas

cumque præsentia ad omnia audenda confirmarentur, ſtrenue repugnabant.

Luce per varia certamina consumptâ, quum diurno labore fatigatos hoſtes Memnon ſegniùs cuſtodias agere crederet, cum valida manu prorumpit oppido, ignemque operibus injicit. Sed Macedonibus ad incendium concurrentibus, quum hi extinguere flammas conarentur, illi augerent, & prohibentibus vim intentarent, acre prælium coortum eſt: quippe Macedones robore virtutis & assuetudine periculorum longè præſtantes hoſtibus, numero apparatuque Perſarum urgebantur: & quia haud procul muris res gerebatur, balliſtis catapultisque per mmœnia dispositis eminus impetiti inulta vulnera accipiebant.

Atrox inter hæc utrimque clamor, hortantium ſuos, increpantium adversos; tum ſauciorum & morientium gemitus, inter nocturnas tenebras omnia terrore tumultuque impleverant: augebantur hæc vocibus ceteræ multitudinis, quæ dum alii pugnant, operi intenta, muris qui pulsu machinarum corruerant, reparandis occupabatur. Tandem acriùs adnisi Macedones hoſtem intra mœnia redegerunt, centum ſeptuaginta interfectis, inter quos & Neoptolemus, qui cum Amynta fratre ad Darium perfugerat, occubuit. Macedonum non quidem ultra ſedecim perierunt, ſed

trecenti ferme vulnerati ſunt, quia nocturna pugna fuerat, neque adversùs cœcos ictus & incidentia temere tela quidquam ſatis provideri potuerat.

Poſt aliquot deinde dies, levis & ludicra res ingenti certamini causam præbuit, orto initio a duobus veteranis ex Perdiccæ agmine. Ii contubernales quum essent, unaque genio indulcissent, ut fit inter ſermones familiares, jactantia militari ſua fortia facta vicissim extollentes, altercari cœperant, uter alteri anteferretur; quum alter eorum, *quid inani ſtrepitu verborum fœdamus honeſtissimam contentionem*, inquit? *non cui lingua, ſed cui dextra sit melior, hoc agitur, & adeſt occasio: ea optime de controversiis noſtris judicabit: age si vir es, & exeuntem ſequere.*

Vino & ambitione incaluerant; itaque privato consilio arma capiunt, & ad muros juxta arcem quæ Mylassis obversa eſt, excurrunt. Horum temeritate animadversâ, ſtatim ex oppido globus hoſtium effunditur. Illi firmato gradu certamen conserunt, propiùs incurrentes gladiis excipiunt, in recedentes tela conjiciunt, ſed adversùs multos, & ex ſuperiore loco dimicantes haud diu impunita duorum audacia fuisset, nisi conſpecto ipsorum periculo, commilitonum pauci primò, deinde alii atque alii laborantibus ſubvenissent.

plus de ſeize hommes du côté des Macédoniens ; mais il y en eut environ trois cents de bleſſés, parce qu'on avoit combattu de nuit, & qu'on ne pouvoit ſe défendre contre des coups que l'on ne voyoit pas venir, & qui tomboient au hazard.

Quelques jours après, une choſe aſſez lègere donna ſujet à un grand combat qui commença par deux ſoldats des troupes que Perdiccas avoit ſous ſes ordres. Ils logeoient tous deux enſemble ; un jour après auoir bû, ils commencerent à parler de leurs belles actions, comme il arrive ordinairement entre gens de guerre, & entrerent en quelque ſorte en diſpute à qui des deux l'emportoit par-deſſus l'autre par la force & par le courage. *Enfin*, dit l'un des deux à ſon compagnon, *pourquoi déshonorons-nous par des paroles une si glorieuſe diſpute? Il s'agit ici de ſçavoir non pas qui a la meilleure langue, mais qui a la meilleure main. Prenons pour juge l'occasion qui ſe préſente, elle décidera mieux que nous notre différent, & si vous êtes brave, ſuivez-moi.*

Comme ils étoient animés par l'ambition & par le vin, ils prennent d'eux-mêmes leurs armes, & courent tous deux aux murailles du côté de la citadelle qui étoit tournée vers Mylaſſe. Lorſqu'on eut vu de la ville cette nouvelle témérité, il en ſortit aussitôt une troupe d'ennemis ; mais ces deux téméraires au lieu de fuir, demeurerent fermes, reçurent l'épée à la main ceux qui s'approcherent d'eux, & lancerent des javelots ſur ceux qui ſe retiroient. L'audace de ces deux hommes ne fût pas demeurée impunie, & ils n'auroient pas réſiſté long-temps contre le grand nombre, & même contre des gens qui combattoient d'un lieu élevé, si d'abord quelques-uns de leurs compagnons qui les virent dans

le péril, & ensuite quantité d'autres, n'eussent couru à leur secours.

Cependant ceux de la ville s'avançoient également; car à mesure qu'il en venoit du côté des Macédoniens, il en venoit aussi du côté des assiégés au lieu où l'on combattoit. Les uns & les autres se rendant victorieux ou par la force ou par le nombre, l'on combattit avec des succès divers, jusqu'à ce qu'Alexandre s'étant avancé avec ceux qui l'environnoient, épouvanta les ennemis, les repoussa dans la ville, & il s'en fallut peu que les Macédoniens n'y entrassent avec eux. Comme chacun étoit attentif à regarder ce qui se passoit devant les murailles, on les gardoit plus négligemment; deux tours étoient tombées à coups de béliers avec les murs qui y tenoient, & la troisiéme qui étoit déja ébranlée, & qui commençoit à se fendre, n'eût pû résister long-temps aux mineurs. Mais parce que l'on combattit lorsque l'on y songeoit le moins, & que toute l'armée n'avoit pas été mise en bataille, on perdit cette occasion d'entrer dans la ville.

Quoique selon l'opinion des Grecs, c'eût été avouer sa défaite & céder la victoire, que d'envoyer demander les morts afin de les faire inhumer, cependant Alexandre aima mieux demander les siens, & faire tréve avec l'ennemi, que de les laisser à l'abandon & sans sépulture. Ephialte & Trasibule Athéniens, qui étoient avec les Perses, consulterent plutôt leur haine contre les Macédoniens, que le sentiment de l'humanité. Ils proposerent de ne point accorder cette grace aux plus grands ennemis de la Perse. Memnon qui n'étoit pas de cet avis, leur remontra, *qu'il étoit indigne des mœurs & des coûtumes des Grecs de refuser la sépulture aux ennemis qu'on*

Eodem modo & oppidanis ſubinde ad locum ubi pugnabatur, confluentibus, ita nunc his, nunc illis robore numeroque ſuperioribus, varie pugnatum eſt, donec Alexander cum manu quæ circa ipsum erat progressus, metum hoſtibus incussit, ſtatimque intra munimenta compulsi ſunt, nec multum abfuit, quin hoſtes simul irrumperent. Forte enim intentis omnibus in ea quæ ante urbem gerebantur, mœnia negligenter ſervari contigerat, & duæ turres cum continenti murorum parte crebris arietum ictibus cesserant, tertia quoque, laxatâ jam & concussâ compage, fodientibus haud in longum resiſtere potuisset. At quia tumultuarium in prœlium, neque universus exercitus inſtructus fuerat, opportunitas ejus rei è manibus amissa eſt.

Alexander, quanquam ea res opinione Græcorum de victoria concedentis videretur, corpora ſuorum qui ſub ipsis mœnibus oppetierant, induciis poſtulatis ab hoſte repetere, quàm inhumata dimittere maluit. At qui cum Persis erant, Ephialtes & Thrasybulus Athenienses, quum plus apud ipsos odium adverſus Macedonas, quàm humanitatis ratio valeret, negabant indulgendum hoc esse infestissimis hoſtibus. Non tamen permoverunt Memnonem, quin *Græcorum moribus indignum esse* diceret, *ſepulturam invidere cæsis hoſtibus.*

Armis & viribus in adversos & obsistentes utendum, neque contumeliis pugnandum in eos, quos bonis malisque nostris sua dies exemisset.

Sanè præter alias Memnonis virtutes, etiam moderatio ejus insignis fuit, neque enim per vecordiam conviciis insectari hostem pulchrum ducebat, sed virtute & consiliis vires illius animosque contundere. Igitur quum aliquando in agmine quemdam ex mercenariis nonnulla contumeliose & petulanter in Alexandrum jacientem audisset, conversâ hastâ hominem pulsans: *Non te conduxi*, inquit, *ut maledíceres Alexandro, sed ut adversùs illum dimicares.*

Cap. X. Interea obsessi summo studio securitati suæ providentes, pro diruto muro alium interiorem ex cocto latere eduxerunt, non rectâ regione, sed in nascentis lunæ figuram sinuatum, eaque res, quum inter multos distributum munus esset, celerrime confecta est. Hunc murum Alexander postero statim die machinis quassare cœpit, quò minore negotio recens adhuc opus labefactaret. In eo labore occupatis Macedonibus, iterum ex urbe valida eruptio facta est, cratiumque quibus opera tegebantur nonnihil, & unius turris ligneæ partem flamma comprehendit. Ne ad cetera opera transiret incendium, Philotas & Hellanicus obstiterunt, quibus in eam diem machinarum custodia cesserat, & Alexander matúre conspectus, tantum trepidationis inje-

avoit vaincus ; qu'il falloit employer la force & les armes contre des ennemis qu'on avoit en tête & qui faisoient résistance ; mais qu'il ne falloit pas charger d'outrages & d'injures ceux que la mort nous avoit ôtés, & qui étoient incapables de nous aider ou de nous nuire.

Entre les vertus de Memnon, sa modération étoit remarquable, & ce Capitaine ne croyoit pas qu'il convint d'offenser même un ennemi par une passion aveugle ; mais qu'il falloit l'humilier par la force & par la prudence. Ayant entendu un jour que quelqu'un de ses soldats parloit sans respect d'Alexandre, *Je ne t'ai pas pris à ma solde*, lui dit-il, en le frappant de sa javeline, *pour parler mal d'Alexandre, mais pour combattre contre lui.*

CHAP. X. Les assiégés sérieusement occupés de leur propre défense, remplacent la muraille abbatue, par un mur extérieur en forme de croissant: cet ouvrage fut bientôt achevé. Alexandre commença dès le lendemain à le battre : comme il venoit d'être construit, il lui étoit plus facile de le détruire. Les Macédoniens travailloient à le démolir, lorsqu'on fit une sortie de la ville. Une partie des travaux qui les mettoient à couvert fut consumée par le feu, dont la flamme endommagea aussi une tour de bois. Philotas & Hellanique, chargés du soin des machines, arrêterent le progrès de l'incendie. A la vue d'Alexandre qui parut aussi-tôt, les ennemis épouvantés jetterent les torches ardentes qu'ils portoient, quelques-uns abandonnerent leurs armes & rentrerent en confusion dans la ville. Ils s'y défendirent plus facilement : l'avantage du lieu

les favorisoit : le mur, comme nous avons déja dit, étoit bâti de maniere que de quelque côté que l'ennemi l'attaquât, on pouvoit le charger à coups de traits, non-seulement de front, mais de flanc de part & d'autre.

Les Capitaines des Perses tinrent conseil, voyant que de jour en jour on les resserroit davantage, & qu'il y avoit apparence qu'Alexandre ne se retireroit pas qu'il ne se fût rendu maître de la ville. Ephialte qui se distinguoit entre les autres par la vigueur du corps & par le courage, parla des maux & des incommodités d'un long siége ; il remontra *qu'ils ne devoient pas attendre qu'après avoir perdu peu à peu leurs forces, ils fussent contraints de se rendre avec la ville à la discrétion du Vainqueur ; que tandis qu'ils pouvoient encore agir, il falloit faire une sortie avec l'élite des soldats qu'ils avoient alors à leur solde, & en venir aux mains avec l'ennemi ; que plus son conseil paroissoit hardi en apparence, plus il y auroit de facilité à l'exécuter ; que comme les ennemis se figuroient qu'ils prendroient tout autre parti, & qu'ils n'étoient pas préparés contre une entreprise qu'ils n'attendoient pas, ils les vaincroient sans beaucoup de peine.*

Memnon même qui ne préféroit pas ordinairement les conseils hardis, à ceux dont le succès étoit certain, fut de l'avis d'Elphiates. Comme il ne voyoit point d'apparence de secours, & qu'il prévoyoit bien que la fin de ce siége seroit funeste, il crut que dans un si grand péril il étoit à propos d'éprouver ce que pouvoit faire ce Capitaine, qui

cit hoſtium animis, ut omissis facibus quibus armati procurrerant, quidam etiam arma jacientes, effusâ fugâ oppidum repeterent. Inde vim facile propellebant, adjuti commoditate loci, quem multo æquiorem obtinebant, & quia murus, sicut diximus, ita conſtructus erat, ut quamcumque partem invasisset hoſtis, non a fronte tantum, ſed ex utroque laterum missilibus appeti posset.

Poſthæc Persarum duces, quum omnia sibi in dies arctiora esse viderent, conſtaretque non abſcessurum Macedonem donec urbis potiretur, de ſumma rerum consilium habebant. Ibi Ephialtes vir animi corporisque robore in paucis conspicuus, incommoda longæ obsidionis disseruit, negabatque *exspectandum donec paulatim accisis viribus exhauſti fractique cum ipsa urbe in victoris arbitrium concederent; ſed dum aliquid virium ſuperesset, cum robore conductitii militis erumpendum, & alacribus animis cum hoſte confligendum esse. Consilium ſuum quò in ſpeciem audacius esset, eo plus in exsequendo facilitatis habiturum: hoſtibus enim alia omnia exspectantibus, & adversùs casum de quo nihil dubitarent, imparatis, ſuperfusum iri ſuos.*

Neque Memnon, quamquam cauta consilia ſpeciosis præferre ſolitus, reſtitit: nam etiamsi nihil novaretur, nullâ propinquâ auxilii ſpe, triſtem obsidionis exitum fore prospiciebat; &, ut in tanto discrimine, non inconsultum rebatur experiri virum acrem, & qui velut in-

ſtinctu quodam ad extrema audenda ageretur. Igitur Ephialtes duobus millibus ex omni mercenariorum numero delectis, faces mille parare jubet, primâque luce adesse, & armatos exspectare imperium. Cœptâ die quum Alexander iterum muro latericio machinas admovisset, inſtarentque Macedones operi, Ephialtes portâ ſubitò patefactâ dimidium ſuorum cum facibus; ipse immitit cum ceteris denso agmine ſubsequitur, ut hoſtes incendium prohibituros ſubmoveret.

Alexander intellecto quid ageretur, aciem celeriter inſtruit, ſubsidia delecto milite firmat, quumque alios ad extinguendum ignem ire jussisset, in eos qui cum Ephialte advenerant impetum facit. At ille insigni corporis robore, quotquot conferre pedem audebant obtruncans, ſuos voce nutu, & imprimis exemplo ad virtutem animabat: neque parum moleſtiæ è muris exhibebatur hoſti; quippe turrem centum cubitorum obsessi erexerant, tormentisque commode dispositis, haſtas & ſaxa jaculabantur.

Inter hæc ex diversa parte urbis (ipsi Tripylon vocabant) duce Memnone alius oppidanorum globus, quâ minime exspectabatur, erupit, tantusque tumultus incessit caſtris, ut ipse etiam Rex consilii incertus efficeretur. Sed animi magnitudine, & opportunis imperiis omnia pericula propulsabat, & fortuna in tempore ſubvenit. Igitur & qui machinas in-

étoit

étoit comme poussé par quelque inspiration à entreprendre les choses extrêmes. Ephialtes ayant choisi deux mille hommes entre les étrangers soudoyés, fit préparer mille flambeaux, & commanda à ceux qu'il avoit choisis de se tenir prêts dès la pointe du jour, & d'attendre sous les armes son commandement. Dès que le jour commença, Aléxandre fit encore approcher ses machines de ce nouveau mur de brique; & tandis que les Macédoniens étoient employés à ce travail, Ephialtes ayant fait inopinément ouvrir une porte, fit sortir la moitié de ses soldats avec des flambeaux à la main, & les suivit en même-temps avec le reste en bataille pour empêcher les ennemis d'éteindre le feu des machines.

Lorsqu'Alexandre eut appris l'état des choses, il mit promptement ses soldats en bataille, en choisit un certain nombre pour le secours qu'il falloit envoyer de part & d'autre, détachât quelques troupes pour éteindre le feu, & alla lui-même contre Ephialtes. Celui-ci fort & robuste tuoit tous ceux qui se présentoient devant lui, animoit les siens par sa voix, par ses gestes, & principalement par son exemple. Les assiégés n'embarassoient pas peu l'ennemi; car ils avoient élevé sur leurs murailles une tour de cent coudées de haut, & de-là ils lançoient sans peine sur les assiégeants, & des traits & des pierres par le moyen de leurs machines.

Cependant il sortit d'un autre côté de la ville, que l'on appelloit Trypylon, & par où on devoit moins s'y attendre, une autre troupe d'habitants sous la conduite de Memnon; l'allarme en fut si grande dans le camp des Macédoniens, que le Roi même ne sçavoit quel parti prendre: la grandeur de son courage, & les ordres qu'il donnoit à propos, le

rendoient ſupérieur au danger, & la fortune ne lui manquoit jamais dans l'occasion. Ainsi ceux qui avoient mis le feu dans les machines furent repouſſés avec un grand carnage par les ſoldats qui les gardoient, & par ceux que le Roi avoit envoyés au ſecours.

D'un autre côté Ptolomée fils de Philippe, Capitaine des Gardes-du-Corps, accompagné des cohortes de Simandre & d'Addée, en conduiſant avec lui ſa Compagnie, ſoutint les efforts de Memnon. Les Macédoniens furent vainqueurs de ce côté, quoiqu'ils euſſent perdu Ptolomée, Adée & Clearque Capitaine des Archers, avec environ quarante hommes de leurs gens. Les ennemis ſe retirerent avec tant d'épouvante que le pont qu'ils avoient fait pour paſſer le foſſé, rompit ſous le grand nombre qui ſe hâtoient de ſe ſauver. Ceux qui étoient demeurés deſſus, ſe précipiterent dans le foſſé; quelques-uns y furent étouffés par leurs compagnons; d'autres furent tués par les Macédoniens qui leur lançoient des traits d'enhaut, & plusieurs qui s'étoient ſauvés de ce tumulte, périrent près des portes de la ville. La frayeur avoit ſaisi les eſprits & la crainte que les assiégeans n'entraſſent pèle-mêle avec les aſſiégés fit fermer les portes à la hâte & une grande partie des habitants fut livrée à la diſcrétion de l'ennemi.

Cependant Ephialtes autant redoutable par l'eſpérance que par le déſeſpoir qui l'animoit, combattoit en furieux contre les troupes du Roi: il eût fait balancer la victoire si les vieux ſoldats Macédoniens ne fuſſent venus au ſecours des leurs qui étoient alors en péril. Ils ſe tenoient dans le camp comme ſoldats privilégiés, & n'étoient obligés aux

nderant, a Macedonibus qui ibi curabant, iique a Rege missi ſubsidio venerant, cum agna clade repulsi ſunt.

Et Memnonem Ptolemæus excepit Philippi ius, regii corporis cuſtos, præter propriam anum Addæi Timandrique cohortibus ſtipatus, eâque parte egregie vicerunt Macedoes, quanquam Ptolemæum Addeumque, & gittariorum ducem Clearchum cum quadranta ferme manipularibus amisissent; & hoſs cum tanta trepidatione recesserunt, ut anıſtum pontem, quem ad fossam ſuperanım conſtruxerant, multitudo feſtinantium ıperit, iis qui ſuperſtiterant in præceps deılutis, ex quibus nonnulli à ſuis conculcati terierunt; alios Macedones ex ſuperiore lo) telis confixere; multi quibus iſti calamitas ëpercerat, ſub ipſa urbis porta necem inve:runt: quippe exterritis omnibus, metuenbusque ne unâ Macedones irrumperent, ɔrta præpropere occlusa magnam oppidanoım partem ad exitium hoſti tradidit.

Inter hæc Ephialtes non ſpe magis quam :ſperatione formidabilis, cum Regiis feroci'r dimicabat, & ancipitem feciſſet victoriam, laborantibus ſuis ſeniores Macedonum maıre ſuccurriſſent. Ii in caſtris habebantur imıunes operum periculorumque, niſi ubi ne:ſſitas exigeret; quum ſtipendiis præmiisque

nihilominus perfruerentur : metuerant eu honorem fortibus factis, & sub superiorib Regibus ipsoque Alexandro bellicis laborib ætate exacta. Ii quum suos periculis territ detrectare pugnam, & receptui locum ci cumspicere intelligerent, Atharia quoda duce, in primam aciem provolant, accens que quod elanguerat prœlio, juniores conv ciis & pudore flagitii ad resumendos anim compellunt.

Ita simul acerrimo nisu incumbentibus on nibus, quum æmulationem suam hostiu damnis exercerent, momento temporis incl nata fortuna, Ephialtes cum plurimis forti simisque suorum cæsus, reliqui in urbem r pulsi sunt. Introierant etiam Macedonum m ti, & oppidum vi capiebatur, quum rece tui cani Rex jussit, sive ut urbi parceret, si præcipiti jam in vesperam die, noctem, occultas ignotis locis insidias metuebat. H prœlium præcipuas obsessorum vires cc sumpsit. Igitur Memnon re cum Orontob qui urbem tenebat, ceterisque ducibus de berata, nocte intempesta turrim ligneam porticus ubi tela servabantur, incendunt, dificiisque muro vicinis ignem supponunt, q celeriter concepto, quum & ex porticib turrique flamma vento agitata accederet, l fuderunt incendium.

Oppidanorum militumque validissima p

ıarges & aux fonctions de la guerre, que dans
ꜩxtreme nécessité : cependant ils recevoient com-
e les autres la solde & les récompenses, & les au-
es avantages de la milice ; il avoient mérité cet
ɔnneur par leurs belles actions & par les services
ı'ils avoient rendus aux Rois précédents & à Alé-
ındre même. Dès qu'ils eurent appris que leurs
ꜩns épouvantés du péril reculoient déja, & qu'ils
ıerchoient un lieu de retraite, ils coururent en
.ême-temps à la tête dn bataillon sous la conduite
un certain Atharias, rétablirent le combat, & fi-
ꜩnt reprendre courage aux autres en leur repro-
ıant leur lâcheté.

Ainsi chacun fit des efforts comme à l'envi l'un
ꜩ l'autre, & par cette émulation l'on fit bientôt
ıanger la fortune. Ephialtes fut tué avec les plus
ꞅaves, & les autres furent repoussés dans la ville.
lusieurs Macédoniens y entrerent avec eux, & on
auroit prise de force, si le Roi n'eût fait aussi-tôt
ɔnner la retraite, soit qu'il voulût la conserver,
ɔit que, comme le jour finissoit, il appréhendât la
uit & les embûches dans des lieux cachés & que
on ne connoissoit pas. Ce combat épuisa les meil-
ꜩures forces des assiégés. Memnon ayant tenu con-
ꜩil avec Orontobate & les autres Capitaines, ils fi-
ent bruler pendant la nuit la tour de bois & l'arsenal
ɔù étoient les armes, & mirent le feu aux maisons
es plus proches de la muraille. Il y prit bientôt, &
ꜩs flâmes de l'arsenal & de la tour étant poussées
ɔar le vent, l'embrasement passa plus loin, & se ré-
ɔandit de tous côtés.

Alors la plûpart des habitants & des gens de
guerre se jetterent dans une forteresse située dans

une iſle, & les autres ſe retirerent dans une au
tre citadelle appellée Salmacie, on lui avoit do
né ce nom d'une fontaine célébre qui n'en étc
pas éloignée. Les Capitaines firent paſſer da
l'iſle de Cos le reſte de la multitude avec ce qu
y avoit de plus précieux dans la ville. Cependa
Alexandre ayant appris par les transfuges & p
les choſes mêmes qu'il voyoit, ce qu'on avoit fa
dans Halicarnaſſe, commanda à ſes ſoldats de s
jetter quoiqu'il fût encore nuit, de tuer tous ceu
qu'ils ſurprendroient en mettant le feu quelque pa
& d'épargner tous les autres qui ne feroient poi
de résiſtance. Le lendemain il considéra les deu
fortereſſes, dont les Perſes & les étrangers ſoudoy
s'étoient emparés, jugeant que le siége en ſerc
long, & qu'après avoir pris la capitale de ce peu
ple, elles ne méritoient pas de l'arrêter, ni de l
faire perdre le temps qu'il devoit employer ailleu
il fit raſer la ville, donna ordre à Ptolomée d'avo
l'œil ſur ces fortereſſes qui étoient environnées
foſſés & de murailles, & le laiſſa dans la Carie po
la défenſe de cette contrée avec trois mille homm
étrangers & douze cens chevaux.

Ptolemée quelque-temps après ayant joint ſ
troupes avec Aſander Gouverneur de la Lydie, d
fit Orontobate en bataille; & enfin les deux fort
reſſes furent priſes par les Macédoniens qui s'obſt
nerent à ce siége, animés par la colere & le dép
d'y avoir été si long-temps arrêtés. Cependant
Roi qui avoit ſes deſſeins ſur la Phrygie & ſur l
Provinces qui la touchent, envoya Parménion
Sardis avec ſes plus fidéles ſoldats & ſa cavalerie au
xiliaire, & les Theſſaliens, dont Alexandre Lyn
ceſtes avoit la conduite. Ils avoient ordre d'entr

arcem in inſula sitam occupavit; alii in Salmacidem ſe contulere : alterius arcis id nomen, inditum a fonte, qui ibi eſt, vulgatissimæ famæ reliquam multitudinem resque preciosas duces avexerunt in Con inſulam. Alexander indicio transfugarum, & objecta oculis ſpecie, quæ in urbe geſta fuissent cognitis, quanquam mediâ nocte, Macedonas in urbem irruere, & quos incendium augentes deprehendissent, interficere; si qui domi ſe continerent, ab eorum cæde temperare jubet. Luce oborta arces a Persis & mercenariis insessas contemplatus, quum obsidionem earum longi operis futuram ſuspicaretur, neque operæ pretium putaret capite gentis expugnato, agendi tempus per otium & inertiam terere, urbem ipsam exſcindit, arces muro fossaque circumseptas Ptolemæum observare jubet, quem cum tribus millibus peregrinorum militum, & equitibus ducentis ad Cariam tuendam relinquebat.

Is non longo poſt tempore, copiis cum Asandro Lydiæ prætore conjunctis Orontobatem acie vicit, & Macedonibus ira tædioque diuturnioris moræ, oppugnationi acriter incumbentibus, arces in poteſtatem redactæ ſunt. At Rex Phrigiam continentesque provincias animo complexus, Parmenionem cum amicorum turmis & auxiliariis equitibus, Theſſalisque quibus Alexander Lynceſtes præerat, Sardes mittit, ut inde in Phrygiam irrueret,

venturoque exercitui commeatum & pabulum ex hoſtico pararet, data ad hoc plauſtra, quæ ſimul ducerentur. Quum deinde multos Macedonum paulò ante eam expeditionem ductis uxoribus, desiderium earum impatienter ferre cognovisset, Ptolemæum Seleuci filium corporis cuſtodem iis præfecit, domumque deducere jussit, cum uxoribus hibernaturos.

Duo quoque ex ducibus Cœnos atque Melager ob eandem causam una profecti ſunt. Id Regi magnæ apud milites commendationi fuit, promptioresque deinde eos ad longinquam militiam reddidit, quum ſui rationem habitam viderent, ſperarentque deinceps etiam ad ſuos visendos ſubinde commeatum impetraturos esse. Ducibus injunctum eſt, ut interim, dum in Macedonia morarentur, ſtrenue delectus agerent, quantasque maximas possent equitum peditumque copias, cum iis qui tum abibant, ſub initium veris adducerent. Animadverso autem exercitum Asiaticis moribus infici, magnamque vulgo per caſtra impudicorum multitudinem haberi, probrosos omnes conquiri jussit, & in parvam quamdam Ceramini sinus insulam ſeposuit, hæsitque infamia loco, & ob ejus rei memoriam Cinædopolis appellatur.

dans la Phrygie, & de tenir des vivres prêts dans le pays ennemi pour l'armée qui le devoit ſuivre. On fit partir avec eux les voitures néceſſaires pour cet objet. Alexandre ayant reconnu que beaucoup de Macédoniens qui s'étoient mariés un peu avant cette expédition, avoient de l'impatience de revoir leurs femmes, il les mit ſous la conduite de Ptolemée fils de Seleucus, l'un des Gardes-du-Corps, & lui commanda de les conduire en leur pays pour y paſſer l'hiver avec leurs femmes.

Deux de ſes Capitaines, Cénon & Meleagre, partirent avec eux, attirés aussi par l'amour de leurs nouvelles épouſes. Cette attention de la part du Roi lui ſervit beaucoup à augmenter l'affection des troupes, & les rendit plus prompts à le ſuivre dans les guerres les plus éloignées. Les ſoldats reconnoiſſoient qu'ils en étoient considérés, & qu'ils pouvoient eſpérer d'obtenir la permission de revoir leur patrie. Il donna ordre aux chefs de lever, durant leur ſéjour dans la Macédoine, le plus grand nombre d'hommes qu'ils pourroient trouver pour l'infanterie & la cavalerie, & de les conduire à l'armée au commencement du printemps avec ceux qui y retourneroient dans cette ſaiſon. Mais après avoir remarqué que ſon armée commençoit déja à ſe corrompre par les mœurs & par les délices de l'Asie, & qu'il y avoit dans ſon camp un grand nombre d'impudiques, il fit chercher avec ſoin tous ceux à qui l'on pouvoit faire juſtement des reproches si honteux; & pour les ſéparer des autres, il les fit mener dans une petite iſle du golfe de Céraſme. Le lieu où ils furent tranſportés a eu part à leur infamie; car en mémoire qu'ils y furent relégués, on l'appelle Cinédopolis.

Chap. XI. Ces choſes ayant été exécutées, comme il perſévéroit dans le deſſein de ſoumettre à ſa puiſſance toute la côte, pour rendre inutiles les opérations de la flotte ennemie, il ſe rendit maître d'Hypames. Les ſoldats étrangers qui étoient dans la citadelle lui livrerent cette place. Il paſſa enſuite dans la Lycie, où ayant fait alliance avec les Telmiſſiens, & paſſé le Xante, il prit en ſa protection la ville qui porte le nom de ce fleuve, celles de Pinare & de Patare, villes importantes de cette contrée, & environ trente autres petites places. Quand il vit que tout étoit aſſez tranquille, il paſſa dans la Myliade, qui eſt une portion de la grande Phrygie, que les Rois de Perſe avoient attribuée à la Lycie.

Tandis qu'il la recevoit ſous ſon obéiſſance, les Ambaſſadeurs des Phaſélites le vinrent trouver pour lui demander ſon amitié, & lui préſenterent une couronne d'or. Alors il vint aussi de la baſſe Lycie, des Ambaſſadeurs de plusieurs villes qui demanderent la même grace. Le Roi envoya devant quelques-uns de ſes Capitaines, afin que les Phaſélites & les Lyciens remiſſent leurs places entre leurs mains, & quelques jours après il alla lui-même à Phaſelle. Ils attaquoient alors une place forte dans les terres de leur domination, que les Piſides qui incommodoient de-là les peuples voiſins, y avoient fait bâtir & fortifier ; mais elle fut bientôt priſe après l'arrivée d'Alexandre. Il demeura quelques jours chez les Phaſélites pour ſe repoſer & pour rafraîchir ſon armée, parce que la ſaiſon l'y invitoit : on étoit déja au milieu de l'hyver, & les chemins étoient mauvais & difficiles.

Comme il étoit dans cette ville, il y vit dans la place une ſtatue de Théodectes que les habitants lui

CAP. XI. His ita geſtis insiſtens consilio ſuo, ut omni maritima ora ſui juris effecta, classem hoſtium inutilem redderet, Hyparnis receptis, quæ arcem tenentes mercenarii dediderant, in Lyciam contendit. Ibi pacta cum Telmissensibus amicitia, Xanthoque flumine transmisso, cognominem amni urbem, Pinaraque & Patara, nobilia iis regionibus oppida, cum aliis minoribus circiter triginta, in fidem accipit, rebusque ſatis in præsens compositis, in Myliada procedit. Phrygiæ majoris portio Mylas eſt, ſed Persarum regibus placuerat Lyciæ eam contribui.

Eam dum recipit, adfuere Phaselitarum legati, amicitiam orantes, aureamque coronam hospitale donum afferebant: idem petebant multarum urbium oratores ex inferiore Lycia. Itaque Rex præmissis, quibus oppida ſua Phaselitæ Lyciique traderent, paucis poſt diebus, Phaselim profectus eſt: oppugnabant illi tum maxime validum præsidium, quod in ipsorum ditione Pisidæ conſtruxerant, multasque inde injurias intulerant accolis; id adventu Alexandri brevi captum fuit. Apud Phaselitas plusculos dies, ut ſeque & exercitum reficeret, quieti dedit: invitabat etiam tempus anni: quippe media jam hiems difficiles progredienti vias effecerat.

Ibi per hilaritatem & epulas laxato animo, quum ſtatuam Theodecti a civibus ſuis in foro positam vidisset, ut a cœna temulentus ſurre-

xerat, ſaltabundus eò processit, frequenteſque ei coronas injecit. Nam Theodectem, quum Ariſtotelem una audiret, familiarem gratumque habuerat. Sed otiosos juvenilis animi lusus atrox a Parmenione nuncius citò discussit.

Comprehenderat ille Persam quemdam Asisinem nomine, a rege Dario palam quidem ad Atyziem Phrygiæ Satrapam missum, ſed cum occultis mandatis, ut Alexandrum Lynceſtem captata occasione ſecretò conveniret, eique si deſtinata effecisset, Macedoniæ regnum & mille inſuper auri talenta polliceretur. Nam is cum Amynta transfuga ſceleſto consilio inito, occidendi regis partes sibi ſumpserat. Oderat eum tum aliis de causis, tum quod Heromenem & Arrabæum, fratres hujus Alexandri, inter paternæ necis conscios ſupplicio affecisset. Et quanquam ipse pœna exemptus, multisque poſtea honoribus ornatus, non simplex beneficium Regi deberet, insita animo ferocia & dominandi cupidine nihil nefas putabat, per quod ad regnum via ſterneretur.

Re in consilium deducta, *facilitatem Regis* arguebant amici, *quod hominem in manifeſto maleficio deprehensum, non modò punire non ſuſtinuisset, verùm etiam præmiis & honoribus auctum optimæ equitatûs parti præposuisset. Quem deinceps & fidum futurum, si præter impunitatem propior amicitiæ gradus, maximæ dignitates,*

avoient dreſſée ; & un jour qu'il s'étoit diverti dans un feſtin avec ſes amis, il alla danſer avec eux après ſouper à l'entour de cette ſtatue, & jetta deſſus quantité de couronnes de fleurs. Lorſqu'il étudioit ſous Ariſtote, il avoit fait amitié avec lui, & l'avoit particulierement eſtimé. Mais la nouvelle fâcheuſe qu'il reçut de Parménion l'obligea bientôt à ſe dérober à ſes divertiſſements & à ſes plaiſirs.

Parménion avoit pris un certain Perſan appellé Asisines, que Darius envoyoit en apparence à Atysiés Satrape de Phrygie ; mais il avoit des ordres ſecrets de voir par occasion Alexandre Lynceſtes, & de lui promettre le Royaume de Macédoine avec mille talents d'or, s'il vouloit faire ce que l'on avoit réſolu. Lynceſtes, ſuivant la cruelle réſolution qu'il avoit priſe avec Amyntas, s'étoit autrefois chargé de tuer le Roi, qu'il haïſſoit par plusieurs raiſons, & principalement parce qu'il avoit fait punir Heromene & Arrabée ſes freres, comme complices de la mort de ſon pere. Quoiqu'on lui eut pardonné ſon crime, qu'on l'eut obligé en le comblant d'honneurs d'avoir de meilleurs ſentiments, & qu'il fut extrêment redevable au Roi, cependant comme il étoit ambitieux, & qu'il avoit dans l'eſprit la paſsion de regner, il croyoit pouvoir tout ſacrifier à l'ambition qui le portoit à uſurper le trône.

Cette affaire fut portée dans le Conſeil. Les amis du Roi lui remontrerent » qu'il avoit donné un » cours trop libre à ſa clémence en dérobant au châ» timent un homme ſurpris dans le crime, & en» core plus en le comblant d'honneurs & de récom» penſe, & en lui confiant une partie de la meilleu» re cavalerie. Pourrez-vous, lui repréſenterent» ils, compter ſur la fidélité de quelqu'un, si on

» peut être impunément coupable, & que les grandes Charges & les Gouvernements deviennent la » récompenſe du parricide? Il faut donc ſe hâter de » réparer cette faute qu'un excès de bonté vous a » fait commettre; prévenez ce perfide avant qu'il » ſçache que ſon deſſein eſt découvert, & qu'il porte » à de nouveaux troubles les eſprits légers des Theſ- » ſaliens. Le danger préſent eſt trop grand pour le » mépriſer : il ne faut point négliger les préſages » que les Dieux nous accordent; ils vous avertiſſent » de vous précautionner contre les embûches que » vous tendent vos ennemis.

En effet durant le siége d'Halicarnaſſe, comme Alexandre dormoit pendant le jour, une hirondelle, oiſeau aſſez connu dans les préſages, voltigea long-temps avec un grand bruit autour de ſa tête, & ſe plaçoit tantôt d'un côté de ſon lit, tantôt de l'autre : ſon cri étoit plus aigu & plus confus que de coûtume. Cependant le Roi qui étoit las ne ſe réveilla pas entierement, mais il le chaſſa avec la main. L'hirondelle au lieu de s'effaroucher, ſe poſa ſur la tête d'Alexandre, & ne ceſſa point de crier, qu'il ne l'eût chaſſée encore une fois étant éveillé. Selon le Devin Ariſtandre, ce prodige annonçoit, *que le Roi étoit menacé d'un grand péril par l'un de ſes favoris : mais que la trahiſon ſeroit découverte; qu'il le conjecturoit de la nature de cet oiſeau qui étoit ami de l'homme, & le plus babillard de tous les oiſeaux.*

Alexandre rapproche cet événement & le compare avec la circonſtance préſente. Il reconnoît que ce que l'on dit d'Aſiſines a beaucoup de rapport

honorificæ præfecturæ, parricidii merces essent? Igitur mature emendandum, quod nimia lenitate peccatum esset: priusquam ille, consilium emanasse ſentiens, Thessalorum mobiles animos ad res novandas induceret. Non contemnendum esse periculum, quo majus ne excogitari quidem possit, neque ſpernenda Deorum oſtenta, qui Regem de cavendis insidiis evidenter monuissent.

Nuper enim, dum Halicarnassum obsidens, poſt longos magnosque labores meridiatione reficitur, hirundo, nota auspiciis avis, magno cum garritu, circum caput quiescentis volitaverat, & modò in hoc, modò illud lectuli latus ſe demiserat, turbulentiorem ſolito cantum exorsa. Et Rex quidem defatigato corpore non penitus excussit ſomnum, ſed tamen avem continuo ſtrepitu moleſtam ſentiens, manu obiter repulit. Illa adeo non exterrita eſt, ut etiam in ipsius capite consederit, neque priùs ſtrepere desierit, quam ab experrecto demum abacta eſt. Idque sic interpretatus fuerat Ariſtander, ut *inſtare periculum* diceret *ab amico Regis; ſed insidias in occulto non mansuras: hoc enim monere naturam avis, quæ præ ceteris homini familiaris, eadem ſupra modum garrula esset.*

His itaque diligenter expensis, quum indicium Asisinis cum vatis responso convenire cerneret, meminissetque ſe matris literis anxie

monitum, ut ab hoc homine sibi caveret, nihil ultra differendum ratus, quid fieri vellet, Parmenioni significat: nam, ut diximus, cum ipso in Phrygiam iverat Lynceſtes Alexander. Sed ne quo casu consilium Regis parum in tempore proderetur, literas ſcribi non placuit; ſed per hominem fidum atque honoratum mandata perſerri: electus eſt Amphoterus Crateri frater, qui cum Macedonicum habitum Phrygio mutasset, assumptis Pergensibus aliquot itineris gnaris, ad Parmenionem occultus penetrat.

Ita Alexander comprehenditur, & quum ob veterem ſuam familiæque dignitatem & gratiam diu dilatus esset, tertio poſt anno, dum a Philotæ consciis ſupplicium ſumitur, ſocietate criminis, & pœna ſontium in exitium abreptus periit. Regi ex Phaselide moventi, ſupra detectas insidias propitius numinis favor alio ſtatim beneficio patuit. Parte exercitûs ad Pergensium urbem per montes præmissa, ceteros ipse per litus ducebat, quâ Climax mons Pamphylio mari imminens, anguſtam euntibus ſemitam relinquit, quoties mare tranquillum eſt; at quum æſtus incubuit fluctibus operitur: idque hieme frequens & prope perpetuum eſt. At Alexander nihil æque ac moram metuens, exercitum per æqua, per iniqua, eodem ardore atque impetu rapiebat. Continui per eos dies Auſtri flaverant, qui mare in litus propellentes, omnia itineris veſtigia altis paludibus opplent; assi-

avec la réponſe du Devin. Il ſe rappelle aussi que ſa mere l'avoit averti par ſes lettres de ſe méfier de cet homme, & il conclut qu'il ne doit point différer à prendre des meſures certaines. Il fit donc ſçavoir à Parménion ce qu'il avoit réſolu : Alexandre Lynceſtes étoit allé avec lui dans la Phrygie : dans la crainte que ſon projet ne fût découvert, il ne voulut point écrire à Parménion, mais lui envoyer ſes volontés & ſes ordres par quelque perſonne fidelle. Il choisit donc Amphoterus frere de Crater, qui ayant pris un habit à la Phrygienne, & quelques Pergiens pour guides, qui ſçavoient fort bien les chemins, alla trouver ſecretement Parménion.

Ainsi on ſe ſaisit d'Alexandre Lynceſtes; & quoique ſa mort eut été long-temps différée à cauſe de ſon rang & de la nobleſſe de ſa Maiſon, enfin trois ans après qu'on eut puni les complices de Philotas, il mourut comme coupable du même crime, & ſubit le ſort de ces criminels. Le Roi partant de Phaſele, après avoir découvert cette trahiſon, reconnut encore par une nouvelle faveur qu'un Dieu le protégeoit. Il avoit envoyé par les montagnes une partie de ſon armée à la ville des Pergiens, & il conduiſoit le reſte par un ſentier étroit qui eſt entre le mont Climax & la mer de Pamphilie lorſqu'elle demeure tranquille, car il en eſt tout couvert dès qu'elle commence à s'enfler, & en hiver il en eſt preſque toujours caché. Alexandre qui ne craignoit rien tant que le retardement, faiſoit paſſer ſon armée, & par les lieux aiſés & par les lieux difficiles, avec la même ardeur & la même promptitude. Mais les vents du midi qui avoient toujours ſoufflé durant ce temps-là, avoient pouſſé la mer ſur le rivage, & rempli d'eaux tous les chemins. Il tom-

boit même de grandes pluies, comme il arrive d'ordinaire quand on voit souffler ces vents. Dès qu'Alexandre fut arrivé en ce lieu, le vent du septentrion s'éleva inopinément, dissipa les nuages, fit cesser la pluie, repoussa les eaux de la mer, & découvrit le chemin aux Macédoniens. Il fallut même passer durant un jour par des gués que l'on ne connoissoit pas, & où l'on avoit de l'eau jusqu'à la moitié du corps. Je crois qu'Alexandre devoit à son caractere cette hardiesse dans les pétils, & que ces prodiges & ses présages ne servirent qu'à l'augmenter, lorsqu'il eut reconnu que les Dieux le destinoient à des expéditions si glorieuses.

On dit qu'étant encore dans la Macédoine, il se présenta à lui en songe un homme plus auguste & plus vénérable que ne sont ordinairement les hommes, qui l'avertit *de le suivre dans l'Asie pour renverser l'Empire des Perses ;* & que comme il faisoit la guerre dans la Phénicie, un Prêtre des Juifs qui vint au devant de lui, & en qui il reconnut la vision qu'il avoit eue en dormant, lui rappella ce songe. Durant le siége de la ville de Tyr, il avoit sommé les Rois & les peuples voisins de se rendre, & de faire des levées ; mais les Juifs qui occupoient Jérusalem, ville fameuse & célébre, s'excusant sur l'alliance qu'ils avoient avec Darius, refuserent son amitié. Pour châtier l'orgueil & l'opiniâtreté de ce peuple, il fit marcher ses troupes vers la Judée. En même-temps ceux de Jerusalem, pour appaiser Alexandre, sortirent de leur ville, & vinrent en suppliants au-devant de lui avec les femmes & les enfants.

Les Prêtres marchoient les premiers revêtus de robes de lin, le peuple les suivoit couvert de robes

duæ etiam magnæque pluviæ, ut ventis iſtis ſpirantibus ſolet, ruebant; ſed adventante Alexandro, ſubitò exortus Aquilo cælum purgavit imbribus, undas rejecit in mare, & Macedonibus transitum aperuit. Sic quoque unius diei itinere per incerta vada emergendum fuit, aqua ad umbilicum ferme pertingente. Tantam in periculis Alexandri fiduciam, ut ab ipsius ingenio profectam non dubito, ita frequentibus prodigiis & ominibus auctam confirmatamque fuisse crediderim, poſtquam decreto numinis, clarissimis maximisque rebus ſe deſtinari conjecit.

Adhuc in Macedonia degenti ſpecies humana auguſtior apparuisse dicitur, monentis *ut ad evertendum Imperium Persicum quamprimùm in Asiam ſequeretur*: atque in memoriam insomnii revocatum esse Regem, quum in Phœnice res gereret; obvio Judæorum ſacerdote in quo recognovit ornatum, quem pridem in objecta imagine per quietem viderat. Nam inter obsidionem Tyri vicinis regibus populisque deditionem & delectus imperaverat: ſed Judæi, qui Hierosolyma famosam urbem tenebant, fœdus cum Dario causati, Macedonùm amicitiam detrectabant. Eam gentis contumaciam puniturus, in Judæam infeſto agmine perrexit. At Hierosolymitani, ut Regis iram lenirent, cum uxoribus liberisque ſupplices in occursum venientes effunduntur.

Sacerdotes primi ibant tenuissima bysso amicti: hos deinde populus candido & ipse

veſtitu ſequebatur. Agmen ducebat Jaddus ſummus Sacrorum Antiſtes cum ſolemni ornatu. Appropinquantis pompæ venuſtatem ſpeciemque miratus Rex, equo desiliens, ſolus processit, adoratoque Dei nomine, quod aureæ laminæ insculptum cidaris pontificia præferebat, ipsum quoque reverenter ſalutavit. Improvisa res omnium qui cum eo advenerant animos in ſtuporem dedit. Judæi ex propinqui exitii metu non in ſpem incolumitatis modò, ſed inopinatæ gratiæ fiduciam erecti circumibant Regem, laudes gratulationemque & vota miscentes.

Contra Syrorum Reguli, qui ob crebras acerbasque cum Judæis ſimultates Alexandrum ſecuti fuerant, inimicorum ſuppliciis, ut rebantur, infeſti animi libidinem expleturi, ſtupebant; dubii verane essent quæ intuerentur, an aliquod oculorum ludibrium vana imagine ſopitos ſensus falleret. Neque minùs Macedonas insolentia ſpectaculi ſuspensos habuit: donec propiùs accedens Parmenio interrogare ausus eſt, *quid ita externis cæremoniis honorem deferret, quem a tam fœda gente etiam recipere vix tanto rege dignum esset?* atque ille inſomnium ſuum retulit. Deinde urbem ingreſſus, in pulcherrima æde ritu recepto ſacrum Deo fecit, & dona templo intulit.

Inspexit etiam ſacros gentis codices, quibus continebantur diu ante præscripta vaticinia, inter quæ Tyrum Macedonibus cessuram,

blanches, & Jadde qui étoit alors grand Pontife, conduisoit cette multitude, revêtu des habits & des ornements pontificaux. Le Roi surpris de la majesté de cette pompe, descendit de cheval lorsqu'il la vit approcher, & s'avança seul comme pour aller au-devant. Après avoir adoré le nom de Dieu qui étoit gravé sur une lame d'or de la mittre du grand-Prêtre, il le salua lui-même avec beaucoup de révérence & de respect. Cette action qu'on n'attendoit pas, surprit tous ceux qui étoient venus avec Alexandre : alors les Juifs, qui de la crainte de périr, passerent inopinément à l'espérance non-seulement du salut, mais d'entrer bientôt en grace, environnerent le Roi, en mêlant ses louanges avec les vœux qu'ils faisoient pous lui.

Les premiers d'entre les Syriens qui l'avoient suivi à cause des inimitiés qu'ils portoient aux Juifs, & qui croyoient assouvir leur haine par le supplice de leurs ennemis, demeurerent confus & étonnés : ils doutoient de ce qu'ils voyoient, & ce qui se passoit leur paroissoit un songe. La nouveauté de ce spectacle ne donna pas moins d'étonnement aux Macédoniens. Parménion s'étant approché d'Alexandre, prit la hardiesse de lui demander, *pourquoi il rendoit à une Religion étrangere un honneur qu'il devoit refuser pour lui-même de la part de cette vile Nation.* Alors Alexandre dit à Parménion le songe qu'il avoit eu autrefois. Entré dans la ville, il fit à Dieu un sacrifice dans le Temple de Jerusalem suivant la coûtume du pays, & y présenta des offrandes.

Il y vit même les Livres sacrés de ce peuple, qui contenoient les Prophéties, entre lesquelles il y en avoit qui montroient manifestement que la ville de

Tyr se rendroit aux Macédoniens, & que les Perses seroient vaincus par un Grec. Comme il s'imagina que ces prophéties parloient de lui, *il accorda aux Juifs la lib.rté de vivre suivant leurs loix & leurs coûtumes, dans la ville & au-dehors ; & parce que de sept en sept ans ils ne labouroient point la terre, il voulut aussi qu'ils ne payassent point de tribut en cette année.* Il considéra avec admiration la nature de ce pays, qui produit seul l'huile de beaume, & qui est, entre les plus fertiles, le plus abondant en fruits. Il laissa pour Gouverneur dans cette contrée Andromaque, que les Samaritains, toujours ennemis des Juifs, tuerent cruellement quelque-temps après. Ceci n'arriva qu'après la prise de Tyr & de Gaza, & nous en avons parlé par occasion.

CHAP. XII. Après qu'Alexandre eut passé ce chemin étroit le long de la mer de Pamphilie, & qu'il fut parti de Perges, il rencontra les Ambassadeurs des Aspendiens qui étoient des principaux de la ville. Ils lui demanderent, *qu'ils ne fussent point obligés de recevoir de garnison, & offrirent de lui donner cinquante talents pour le paiement des soldats, & autant de chevaux qu'ils avoient coûtume d'en entretenir pour tribut au Roi de Perse.* De-là le Roi passa dans le pays des Sidetes, qui habitent sur le fleuve de Melas, & qui tirent leur origine des Cuméens de l'Eolide ; mais ils parloient comme les Barbares, & avoient perdu la langue Grecque, non par la suite des temps, comme il arrive ordinairement. Ils disoient que leurs ancêtres à peine arrivés en ce pays, oublierent inopinément leur langue naturelle, & qu'ils parlerent un langage nouveau, & auparavant inoui.

Lorsqu'il fut maître de Side, qui étoit la capitale

& Persas a Græco quodam debellatum iri clare significabatur. Eum se fore interpretatus, Judæis concessit, *ut domi forisque suis legibus ritibusque libere uterentur, & quia septimum quemque annum agriculturæ exsortem agunt, etiam tributorum ista portione solverentur.* Naturam quoque regionis admiratus, quæ aliis fructibus inter præstantissimas dives opobalsamum sola producit, Andromachum iis regionibus præposuit, quem Samaritani, perpetui Judæorum hostes, paulò post atrociter necaverunt. Sed hæc quidem post Tyrum Gazamque expugnatas gesta sunt: nos per occasionem præcepimus.

CAP. XII. Ceterum angustiis ad mare Pamphilium superatis, Alexander Pergis profectus in itinere obvios habuit Aspendiorum legatos, ex principibus civitatis. Ii petentes *ne præsidium recipere cogerentur, quinquaginta talenta in stipendium militum, & quantum equorum tributi nomine regi Persarum alere consueverant*, promiserunt. Inde Rex ad Sidetas qui Melanem amnem adcolunt, progressus est; Cumæorum ex Æolide genus, sed sermone barbaro: nam Græcus exoleverat, non diuturnitate temporis, ut accidit; verùm majores suos, ut in eas regiones venerunt, repente oblitos patriæ linguæ, novam & antea inauditam sonuisse memorabant.

Side recepta, quæ Pamphyliæ metropolis

erat, Syllium ibatur, tutum natura sitûs oppidum, & tam peregrino milite, quam Barbarorum adcolentium firma manu egregie munitum. Ea res, & quia Aspendios rebellare nuntiabatur, avertit iter, Aspendumque ductus eſt exercitus. Illi ſubita Macedonum irruptione territi, desertis quæ in plano erant ædificiis, in arcem concessere. Alexander vacua urbe potitus, ſub ipsa arce caſtra communit, & quum peritissimos architectos haberet, apparatu oppugnationis obsessos ad pacem prioribus conditionibus repetendam compulit. Nihil ad majora properanti optatius accidere potuisset, quam loci haud contemnendi longa obsidione non detineretur. Ne tamen impunita defectorum temeritas esset, potissimos civium obsides tradi, pecuniæque imperatæ nec exsolutæ ſummam duplicari præcepit.

Adjectum eſt, ut Satrapæ quem Alexander præfecisset, obedirent, annua Macedonibus tributa ſolverent, & de agro, unde vicinos vi ejecisse arguebantur, judicio contenderent. His ita geſtis remensus iter, quod ad Pergensium oppidum ferebat, inde perrexit in Phrygiam. Sed per iſta loca ducenti ſuperandæ erant anguſtiæ, quas juxta Telmissum urbem Pisidarum duo montes ex adverso concurrentes efficiunt, ita ſtrictis faucibus ut portarum similitudinem referant, easque Barbari armata manu utrimque insederant.

de la Pamphilie, il prit le chemin de Syllium, qui étoit fort par ſon assiette, & par une bonne garniſon de ſoldats étrangers: cette raiſon jointe à la nouvelle de la révolte des Aſpadiens, l'engagea à ſe détourner: il conduisit ſon armée à Aſpende. Les habitants épouvantés de l'arrivée ſubite des Macédoniens, abandonnerent leurs maiſons, & ſe retirerent dans la citadelle. Alexandre s'étant rendu maître de la ville qu'il trouva déſerte, ſe logea au pied de la citadelle; & comme il avoit avec lui d'excellents Ingénieurs, il ſe diſpoſa à former le siége, & força les habitants à recevoir la paix aux conditions qui avoient déja été propoſées. Il ne pouvoit rien arriver de plus heureux à ce Prince qui couroit à de plus grandes entrepriſes, que de n'être pas retenu par le long siége d'une place forte & considérable. Mais afin que les révoltés ne demeuraſſent pas impunis, il voulut qu'on lui donnât pour ôtage les principaux habitants de la ville, & qu'on lui fournît le double de l'argent à quoi elle avoit été taxée, & que l'on n'avoit pas payé.

On ajoûta qu'ils obéiroient au Gouverneur qu'Alexandre y avoit établi; qu'ils payeroient tous les ans un tribut aux Macédoniens, & qu'ils ſe défendroient en jugement touchant la terre d'où ils étoient accuſés d'avoir chaſſé leurs voisins par force. Il reprit enſuite la route qui menoit à Perges, & de-là il continua ſon chemin dans la Phrygie. Mais en parcourant ces contrées, il falloit qu'il paſsât par des détroits entre deux montagnes qui ſont preſque jointes l'une à l'autre auprès de Telmiſſe ville des Pisides. Les entrées mêmes en ſont si étroites qu'elles reſſemblent à des portes: un grand nombre de Barbares armés s'en étoient emparés, & les gardoient de part & d'autre. N

Alexandre fit camper ſes troupes à l'entrée même de ce Pas, prévoyant bien ce qui devoit arriver; que les Thelmiſſiens qui verroient qu'on auroit campé, s'imaginant que l'on craignoit le péril, & qu'on différeroit de paſſer, ne demeureroient pas long-temps dans ces détroits; mais qu'ils y laiſſeroient quelques troupes, & que tous les autres retourneroient dans la ville. Alexandre profitant de l'occaſion, fit aussi-tôt marcher les Archers & les Frondeurs, & ce qu'il y avoit de plus léger parmi les ſoldats péſamment armés; & après avoir chaſſé les Barbares, il alla camper devant la ville même de Thelmiſſe. Il y donna audience aux Ambaſſadeurs des Selgiens, qui vinrent lui offrir & leur ſecours & leur alliance, animés par la haine qu'ils portoient aux Thelmiſſiens leurs voiſins, quoiqu'ils fuſſent originaires d'un même peuple. Il les reçut avec bonté, & leur fit une favorable réponſe. Mais afin de ne pas perdre de temps dans le ſiége d'une ſeule place, il conduiſit ſon armée à Salagaſſe qui étoit une ville forte, & remplie d'une jeuneſſe qui la fortifioit encore. Quoique tous les Piſides ſoient vaillants & belliqueux, les Sagallaſſiens ſont plus eſtimés que les autres. Comme ils avoient reçu des troupes de Thelmiſſe, qui leur étoit alliée, & qu'ils avoient plus de confiance en leurs ſoldats qu'en leurs murailles, ils les mirent en bataille ſur uue montagne voiſine. Comme ils étoient favoriſés de l'avantage du lieu, ils repouſſerent les gens armés à la légere qu'Alexandre avoit fait avancer. Les Agrianiens tinrent ferme, parce que la phalange Macédonienne étoit déja proche, & que le Roi qu'ils apperçurent devant les Enſeignes ſoutint le courage des troupes. Les ſoldats

Alexander in ipso aditu caſtra poni jubet, atus, quod evenit, Telmissenses caſtris loatis periculum differri credentes non diu hæuros in anguſtiis, ſed modico in illis relicto ıræsidio ceteros in urbem recessuros esse. gitur occasione haud ſegniter usus, protinus ıgittarios & funditores, quodque ex gravi rmatura maxime expeditum erat, inducit, & ræsidio Barbarorum deturbato, ante ipsam rbem caſtra collocat. Ibi legatos Selgensium udiit, qui ob vetuſtas cum vicinis Telmissenbus simultates, quamquam ejusdem nationis ssent, amicitiam ac auxilia offerebant Regi.)uibus perbenigne exceptis, ne in obsidione nius urbis tempus tereret, Sagalassum caſtra ıovit, validam urbem & juventutis robore rmatam: quum enim omnes Pisidæ belliɔsi sint, Sagalassenses præ ceteris pugnaces abentur. Ii, quum etiam a Telmisso fœderaɛ ſociæque copiæ venissent, viris magis uam mœnibus confisi, in vicino colle inruxerant aciem; & præmissos ab Alexandro elites opportunitate loci adjuti repulerant: d Agriani resiſtebant, quîs propinqua jam Iacedonum phalanx, & ante prima signa Rex ɔnspectus audaciam addiderat. Maximus miti labor fuit per ardua conniti: poſtquam æuioribus paulo locis consiſtere datum eſt, mermum montanorum vulgus haud ægre diſcere.

Ex Macedonum ducibus Cleander desideratus eſt, cum viginti ferme militibus; Barbarorum ad quingentos cecidere : ceteros expedita fuga, & locorum notitia protexit. Fugientibus tamen inſtitit Rex, contentione quanta poterat tam grave agmen, eodemque impetu urbs eorum capta eſt. Per cetera deinde Pisidiæ munita loca circumtulit bellum, quorum nonnulla pugnando cepit, alia conditionibus in fidem venerunt. Telmissum expugnatam, ob pertinaciam civium, ſolo æquavit populo libertatem ademit; & paulò poſt cum aliis quibusdam Pisidiæ civitatibus, Celænarum præfecturæ contribuit. Pacatis hunc in modum asperrimis nationibus, in Phrygiam processit, qua Ascanius lacus eſt, cujus aqu ſua ſponte concrescens, necessitate ſalis è longinquo petendi ſolvit accolas.

Dum ea geruntur, Memnon ſuarum partium reliquiis undique colectis, ut inhærentem Asiæ Alexandrum extorqueret, ad bellum Græciæ Macedoniæque inferendum cogitationes convertit. Quippe Darius in hoc un ſpem reponens, qui victoris impetum ſua virtute ſuaque prudentia diutissime ad Halicarnassum moratus esset, ſummæ rerum præfecerat eum, magnamque pecuniæ vim tran miserat. Itaque mercenariorum manu quan poterat conductâ, cum trecentarum navium classe libero mari vagabatur, & quæ tant

eurent beaucoup de peine à ſe rendre maîtres de cette montagne : mais quand ils furent arrivés ſur les lieux un peu plus unis, ils en chaſſerent facilement la multitude qui l'occupoit.

Entre les Capitaines Macédoniens, Cléandre demeura ſur la place avec environ vingt ſoldats; mais du côté des Barbares, il mourut plus de cinq cens hommes, & le reſte ſe ſauva par la fuite. Le Roi les ſuivit d'aussi près qu'il étoit possible avec des troupes péſamment armées, & du même coup prit leur ville. Il déclara enſuite la guerre à toutes les places fortes de la Piſidie : il en prit quelques-unes par force, & les autres ſe rendirent à composition. Après la priſe de Thelmiſſe, il la fit aussi-tôt raſer à cauſe de l'opiniâtreté de ſes habitants : il ôta la liberté au peuple ; & quelque-temps après il la donna à Célene & à quelques autres villes de la Piſidie. Ayant réduit & pacifié ces Nations barbares, il prit le chemin de la Phrygie le long du lac d'Aſcagne, dont l'eau a la vertu de ſe congeler d'elle-même en ſel, & délivre ceux du pays de la nécessité d'en aller chercher plus loin.

Memnon ayant ramaſſé de tous côtés le reſte de ſes forces, ſongea à porter la guerre dans la Macédoine & dans la Gréce pour faire faire diversion à Alexandre, qui s'attachoit à l'Asie, Darius qui mettoit toutes ſes eſpérances en ce Capitaine, qui avoit si long-temps arrêté devant Halicarnaſſe les efforts du Victorieux par ſa force & par ſa prudence, lui avoit aussi donné le commandement général, & lui avoit envoyé de grandes ſommes d'argent. Après avoir levé autant de gens de guerre qu'il lui fut possible, il ſe promena ſur la mer avec une armée de trois cens vaiſſeaux, & considéra

avec ſoin tout ce qui étoit contraire ou favorable à un si grande entrepriſe.

Dans cette vûe il s'empara des lieux qui n'étoient pas bien gardés, entre leſquels étoit Lampsico : il attaqua les iſles que les Macédoniens ne pouvoient ſecourir, parce qu'ils manquoient de vaiſſeaux, quoique de part & d'autres ils fuſſent maîtres de la terre ferme. La division qui régnoit entre ces peuples favoriſa beaucoup le deſſein de ce Capitaine. Quoique la plûpart ſoutinſſent le parti d'Alexandre, l'auteur de leur liberté, cependant il y en avoit beaucoup qui, s'étant aggrandis ſous la domination des Perſes, aimoient mieux leur propre puiſſance, & ſe conſerver leurs anciens Maîtres, qne de voir tout le monde égal & la République en liberté. Athenagoras & Appollonide qui étoient des premiers de l'Iſle de Chio y reçurent Memnon, après avoir communiqué leur deſſein à Phisine & à Mégare qui étoient de leur parti. Ainsi Chio fut priſe, on y mit une garniſon ; & le Gouvernement de la ville fut donné à Apollonide & à ceux de ſa faction.

De-là en allant à Lesbos, Atiſſe, Pyrrhe & Ereſſe ne lui firent aucune résiſtance. Il établit Ariſtonique dans Métymne & réduisit toute l'iſle, excepté la ville de Mytilene qu'il assiégea ſans pouvoir s'en rendre maître. Après avoir environné la ville de tous côtés, bouché le port, & mis des vaiſſeaux dans tous les lieux commodes pour empêcher qu'il n'y entrât aucun ſecours, il mourut de la peſte : ſa mort nuisit beaucoup aux intérêts des Perſes. Lorſqu'il étoit prêt à expirer, il donna le gouvernement à Pharnabaſe fils de ſa ſœur

conatibus adversa vel æqua futura essent, solerti æstimatione pensabat.

Interea locis quæ minus anxiè custodiebantur occupatis (inter quæ & Lampsacus fuerat) insulas aggressus est, quibus Macedones quamquam utrimque continenti potirentur, ob inopiam navium auxilium ferre non poterant. Juvit consilium ducis animorum mira ubique dissensio, quum aliis ad Alexandrum libertatis auctorem res trahentibus, non deessent qui Persicis opibus aucti, propriam sub veteribus dominis potentiam, quam liberatâ republicâ eamdem omnium æqualitatem mallent. Igitur Athenagoras & Apollonides ex Chiorum optimatibus, re cum Phisino Megareoque & aliis suæ factionis hominibus communicata, Memnonem arcessunt. Ita Chius proditione capitur, & præsidio ibi collocato, urbanarum rerum administratio Apollonidi sociisque traditur.

Inde Lesbom petens, Antissam, Pyrrham & Eressum nullo negotio capit; Methymnæ Aristonicum tyrannum imponit; totamque insulam excepta Mitylene nobilissima urbe, in potestatem redigit. Ea multis diebus obsidionem constanter pertulit, nec ab ipso Memnone capta est. Ille enim, quum jam magnis operibus urbem circumvallasset, & occluso portu, naviumque stationibus per opportuna loca dispositis, ne quâ subsidio venientibus aditus pateret, providisset, pestilenti morbo correptus

præclaram Persarum ſpem, irreparabili cum ipsorum damno, deseruit. Sed quum ſe jam morti vicinum intelligeret, Pharnabazo ſororis ſuæ filio, quem Artabazo pepererat, imperium ſuum tradidit, donec Darius, re compertâ, aliter ſtatueret.

Hic cum Autophradate classis præfecto munia partitus, eò tandem obsessos adegit, ut ſecuro præsidii discessu pacto, columnas quis fœderis cum Alexandro leges insculptæ erant, ſubverterent, Darioque fidem polliciti, dimidiam exulum ſuorum partem reciperent. At Persæ non integra fide pactis ſtetere; ſed introductis in urbem militibus Lycomedem Rhodium præesse jusserunt: Diogeni, qui ob ſtudia in Persas exulaverat, patriæ tyrannis tradita eſt. Pecunia deinceps privatim ab opulentissimo quoque per vim ablata, neque eo minùs imperatum tributum, quod commune Mitylenæorum penderet.



& d'Artabaſe, juſqu'à ce que Darius en eût autrement diſpòſé.

Pharnabaſe partagea les divers emplois de ce siége avec Autophradate qui commandoit l'armée navale. Les assiégés furent réduits à une si grande extrémité, qu'ils ſe rendirent aux conditions que la garniſon en ſortitoit en liberté: qu'ils renverſeroient les colonnes ſur leſquelles étoient gravés les articles de l'alliance faite avec Alexandre, & qu'après avoir prêté ſerment de fidélité à Darius, ils recevroient dans leur ville la moitié de ceux qui en avoient été bannis. Les Perſes n'obſerverent pas le traité dans tous les points. Ils firent entrer dans la ville une garniſon dont ils donnerent le commandement à Lycomede Rhodien, & Diogene, qui avoit été banni pour avoir ſoutenu le parti des Perſes, eut le gouvernement de la ville. On enleva par force aux riches particuliers leur or & leur argent, quoiqu'on imposât un tribut général ſur tous les citoyens.





QUINTE-CURCE, LIVRE TROISIEME.

CHAPITRE PREMIER.

ALEXANDRE, dans ces circonſtances, charge Cléandre de lever des troupes dans le Péloppo-neſe, & lui fournit l'argent néceſſaire pour cet objet. Ce Prince, après avoir réglé les affaires de la Lycie & de la Pamphylie, met le siége devant Célenes. Le fleuve Marſyas, connu par les fables des Grecs, coule au milieu de cette ville : ſa ſource eſt ſur le ſommet d'une montagne d'où il tombe avec grand bruit ſur un roc, & ſe répand enſuite dans la plaine ; il arroſe les campagnes voisines, & conſerve ſes eaux toujours claires, ſans les mêler avec des eaux étrangeres. Selon les Poëtes, les Nymphes épriſes de ſon amour, faiſoient leur demeure dans ce rocher. La couleur de ce fleuve, ſemblable à la mer, donna lieu à cette fiction. Dans l'enceinte de la ville il conſerve ſon premier nom ; mais dès qu'il en ſort, il enfle ſon cours, devient plus impétueux, & reçoit alors le nom de Lycus.

Le Roi entre dans la ville qu'il trouve abandonnée, ſe diſpoſe à attaquer la fortereſſe où les habitants s'étoient retirés. Un hérault le devance pour les ſom-

QUINTI CURTII LIBER TERTIUS.

CAPUT PRIMUM.

INTER hæc Alexander, ad conducendum ex Peloponneso militem, Cleandro cum pecunia misso, Lyciæ Pamphiliæque rebus compositis, ad urbem Celænas exercitum admovit. Mediam illa tempeſtate interfluebat Marsyas amnis, fabulosis Græcorum carminibus inclytus. Fons ejus ex ſummo montis cacumine excurrens, in ſubjectam petram magno ſtrepitu aquarum cadit: inde diffusus, circumjectos rigat campos, liquidus, & ſuas duntaxat undas trahens. Itaque color ejus placido mari similis, locum Poëtarum mendacio fecit: quippe traditum eſt, Nymphas amore amnis retentas, in illa rupe considere. Ceterùm, quandiu intra muros fluit, nomen ſuum retinet: at quum extra munimenta ſe evolvit, majore vi ac mole agentem undas Lycum appellant.

Alexander quidem deſtitutam a ſuis intrat: arcem verò, in quam confugerant, oppugnare adortus, caduceatorem præmi-

sit, qui denunciaret, ni dederent, ipsos ultima esse passuros. Illi caduceatorem in turrim, & situ & opere multum editam perductum; quanta esset altitudo, intueri jubent, ac nunciare Alexandro, non eadem ipsum & incolas æstimatione munimenta metiri: se scire inexpugnabiles esse, ad ultimum pro fide morituros. Ceterùm ut circumsideri arcem, & omnia sibi in dies arctiora viderunt esse; sexaginta dierum inducias pacti, ut nisi intra eos auxilium Darius ipsis misisset, dederent urbem: postquam nihil inde præsidii mittebatur, ad præstitutam diem permisere se regi. Superveniunt deinde legati Atheniensium, petentes, *ut capti apud Granicum amnem redderentur sibi.* Ille *non hos modo, sed etiam ceteros Græcos restitui suis jussurum* respondit, *finito Persico bello.* Ceterum, Dario imminens, quem nondum Euphratem superasse cognoverat, undique omnes copias contrahit, totis viribus tanti belli discrimen aditurus. Phrygia erat, per quam ducebatur exercitus, pluribus vicis, quam urbibus frequens. Tunc habebat quondam nobilem Midæ regiam, Gordium nomen est urbi, quam Sangarius amnis interfluit, pari intervallo Pontico & Cilicio mari distantem. Inter hæc maria angustissimum Asiæ spatium esse comperimus, utroque in arctas fauces compellente terram. Quæ quia continenti adhæret, sed magna ex parte cingitur fluctibus, speciem insulæ præbet, ac nisi tenue discrimen objiceret, maria quæ nunc dividit committeret.

mer de se rendre ou de ne point attendre de pardon. Ceux-ci le conduisent sur une tour fort élevée & par sa situation & par sa structure ; lui en font considérer la hauteur, & le chargent de dire à Alexandre qu'ils ne jugeoient pas comme lui de la place, qu'ils l'estimoient imprenable, & qu'ils étoient résolus de mourir fidéles à leur Maître. Comme ils se virent investis de toutes parts, & que de jour en jour ils se trouvoient plus pressés, ils demanderent soixante jours de tréve, au bout desquels ils promirent de se rendre, s'il ne leur venoit point du secours ; & n'ayant point de nouvelles de Darius, ils se rangerent au jour marqué sous l'obéissance du Roi. Presque en même-temps des Ambassadeurs d'Athènes viennent lui demander *leurs citoyens pris à la bataille du Granique*. Il leur fit réponse, *qu'ils leur seroient rendus comme aux autres Grecs, quand la guerre de Perse seroit finie*. Cependant plein d'impatience de joindre Darius, & ayant appris qu'il n'avoit pas encore passé l'Euphrate, il assemble ses troupes de tous côtés, résolu de tenter la fortune du combat avec toutes ses forces. Il prend la route de la Phrygie, plus remplie de villages que de villes ; la capitale s'appelloit Gordion, ancien & fameux séjour du Roi Midas, située sur la riviere de Sangare, & également distante de la mer Pontique & de celle de Cilicie. On a remarqué que c'est l'endroit où l'Asie se rétrécit le plus, ces deux mers venant à serrer la terre des deux côtés, font une langue qui attache à la terre ferme cette Province, qui étant presque toute environnée d'eau, a comme la forme d'une isle, & il n'y a que ce petit espace qui empêche les deux mers de se joindre.

Alexandre ayant réduit cette ville en son obéissance, visite le Temple de Jupiter, où il vit le chariot dans lequel autrefois Gordius pere de Midas, se faisoit porter. Tout cequi le distinguoit des chariots ordinaires c'étoit le joug, dont le lien étoit composé de plusieurs nœuds tellement mêlés & entrelacés les uns dans les autres, qu'on n'en voyoit point les bouts. Les habitants assuroient qu'il avoit été prédit par l'Oracle, *que celui qui le pourroit dénouer auroit l'Empire de l'Asie :* il lui prit envi d'appliquer en sa faveur cette prédiction, & d'en tenter l'événemenr. Un grand nombre de Phrygiens & de Macédoniens l'environnoient; tous étoient inquiets; les uns craignant qu'il ne dénouât ce fatal lien, & les autres qu'il n'eût trop hazardé : car ces nœuds étoient cachés avec tant d'industrie & d'artifice, qu'on ne pouvoit ni voir ni imaginer où en étoit le commencement & la fin. Cependant, le Roi se trouvant engagé à cette entreprise, craignit que s'il n'y réussissoit pas, on n'en tira un mauvais présage. Après avoir fait plusieurs efforts inutiles pour défaire ces nœuds, comme il vit qu'il ne pouvoit y réussir : *N'importe*, dit-il, *comme on les démêle*, & en coupant d'un coup d'épée toutes les courroyes, ou il éluda l'Oracle, ou il l'accomplit.

Dans la résolution d'aller chercher Darius par-tout où il seroit, & de l'engager à une bataille, voulant s'assurer de ce qu'il laissoit derriere, il donne à Amphotere la conduite de l'armée navale qui étoit à la côte de l'Hellespont, & à Egeloque le commandement des autres troupes, avec ordre de chasser des isles de Lesbos, de Chio & de Con les garnisons des ennemis. Il leur fait délivrer cinq cens talents pour

Alexander urbe in ſuam ditionem redacta, Jovis templum intrat. Vehiculum, quo Gordium Midæ patrem vectum esse conſtabat, adspexit, cultu haud ſane a vilioribus, vulgatisque usu abhorrens. Notabile erat jugum adſtrictum compluribus nodis in ſemetipsos implicatis & celantibus nexus. Incolis deinde affirmantibus editam esse oraculo ſortem, Asiæ potiturum, qui inexplicabile vinculum ſolviſſet, cupido incessit animo ſortis ejus implendæ. Circa Regem erat & Phrygum turba & Macedonum, illa exspectatione ſuspensa, hæc ſolicita ex temeraria Regis fiducia. Quippe ſeries vinculorum ita adſtricta, ut unde nexus inciperet, quove ſe conderet, nec ratione nec visu percipi posset; ſolvere aggresso, injecerat curam, ne in omen verteretur irritum inceptum. Ille nequaquam diu luctatus cum latentibus nodis: *Nihil*, inquit, *intereſt quomodo ſolvatur*: gladioque ruptis omnibus loris, oraculi ſortem vel elusit, vel implevit.

Cum deinde Darium, ubicumque esset, occupare ſtatuisset; ut a tergo tuta relinqueret, Amphoterum classi ad oram Hellesponti, copiis autem præfecit Hegelocum, Lesbum, & Chium, & Con præsidiis hoſtium liberaturos. His talenta ad belli usum quingenta attributa: Ad Antipatrum, & eos qui Græcas urbes tuebantur, ſexcenta missa: ex fœdere naves ſo-

ciis imperatæ, quæ Hellesponto præsiderent. Nondum enim Memnonem vita excessisse cognoverat, in quem omnes intenderat curas, ſatis gnarus cuncta in expedito fore, si nihil ab eo moveretur. Jamque ad urbem Ancyram ventum erat, ubi numero copiarum inito, Paphlagoniam intrat; huic juncti erant Eneti, unde quidam Venetos trahere originem credunt: omnisque hæc regio paruit Regi, datisque obsidibus, tributum quod ne Persis quidem tulissent, pendere ne cogerentur, impetraverunt. Calas huic regioni præpositus eſt: ipse, assumptis qui ex Macedonia nuper advenerant, Cappadociam petiit.

CAP. II. At Darius, nunciatâ Memnonis morte haud ſecus quam par erat, motus; omissa omni alia ſpe, ſtatuit ipse decernere: quippe quæ per duces ſuos acta erant, cuncta damnabat; ratus pluribus curam, omnibus abſuisse fortunam. Igitur caſtris ad Babylonem positis, quò majore animo capesserent bellum, univerſas vires in conſpectum dedit, & circumdato vallo, quod decem millium armatorum multitudinem caperet, Xerxis exemplo numerum copiarum iniit. Orto ſole, ad noctem agmina, sicut descripta erant, intravere vallum: inde occupaverunt emissa Mesopotamiæ campos: equitum peditumque

les frais de cette guerre, & en envoye ſix cens autres à Antipater & à ceux qu'il avoit laiſſés pour la défenſe des villes de la Gréce. Il ſomma aussi ſes Alliés, ſuivant leur traité, de lui fournir un certain nombre de vaiſſeaux pour tenir l'Helleſpont, & ſe rendre maître de la mer : il ne ſçavoit rien encore de la mort de Memnon, qui étoit le ſeul de tous les Capitaines de Darius qui l'occupoit ; bien perſuadé du ſuccès, si celui-là ne s'opoſoit point à ſa marche. Déja il s'étoit avancé jüſqu'à la ville d'Ancyre, où après avoir fait la revue de ſon armée, il entra dans la Paphlagonie, frontiere des Enétiens, dont quelques-uns croyent que les Vénétiens tirent leur origine. Ces peuples ſe ſoumirent volontairement au Roi, & ayant donné des ôtages, obtinrent qu'ils ſeroient exemts de tribut, n'en ayant pas même payé aux Perſes. Il établit Calas Gouverneur de cette Province, & prenant avec lui les recrues nouvellement arrivées de la Macédoine, il s'avance vers la Capadoce.

Chap. II. Darius apprend la mort de Memnon qui l'afflige autant que le méritoit une perte si importante : ſans fonder déſormais ſes eſpérances ſur autrui, il réſoud de commander lui-même ſon armée, & de combattre en perſonne ſon ennemi ; il étoit mal-ſatisfait de tous ſes Lieutenants ; la plûpart avoient été négligens, & tous avoient été malheureux. Après avoir campé dans la plaine de Babylone, pour animer davantage ſes ſoldats à la guerre, il fait la revue de toutes ſes forces : & ayant tiré, à l'exemple de Xerxés, une tranchée en rond, dont l'enceinte pouvoit tenir dix mille hommes en bataille, il reconnut le véritable nombre de ſes troupes. Depuis le lever du Soleil juſqu'à la nuit,

elles ne cesserent de filer par cet espace, selon qu'elles étoient enrôlées. De-là elles se répandirent dans les campagnes de la Mésopotamie, où l'on vit une multitude inombrable de gens de pied & de cheval qui paroissoit encore plus grande qu'elle n'étoit.

Les peuples suivants composoient son armée : il y avoit cent mille Perses, dont trente mille de cavalerie ; dix mille cavaliers Médes, & cinquante mille d'infanterie ; deux mille cavaliers Barcaniens, armés de haches tranchantes des deux côtés & de légers boucliers faits à peu-près comme des rondaches ; ils étoient suivis par dix mille fantassins de la même nation. Les Arméniens avoient fourni quarante mille piétons & sept mille cavaliers ; les Hyrcaniens, peuple distingué par sa bravoure, donnoient six mille cavaliers : les Derbices étoient au nombre de quarante mille hommes d'infanterie, armés pour la plûpart de piques, & de bâtons durcis au feu ; ils avoient avec eux deux mille hommes de leur cavalerie : huit mille piétons & deux cens cens cavaliers étoient arrivés des bords de la mer Caspienne. Les contrées de l'Asie les moins belliqueuses avoient envoyé deux mille fantassins & quatre mille cavaliers. Darius avoit encore à sa solde trente mille Grecs, l'élite de la jeunesse. Le temps ne lui permit pas d'assembler les Bactriens, les Sogdiens, les Indiens & tous les autres peuples qui habitent le long de la mer rouge, dont les noms mêmes lui étoient inconnus. La chose dont il manquoit le moins, c'étoit d'hommes. Ravi de contempler cette multitude, comme ses Satrapes enfloient ses espérances par leur vanité & leurs flatteries ordinaires, il se tourna vers Caridemus Athénien : cet homme étoit expérimenté dans l'art de la guerre &

propemodum innumerabilis turba, majorem quam pro numero ſpeciem gerens.

Persarum erant centum millia, in quîs eques triginta millia implebat. Medi decem equitum; quinquaginta millia peditum habebant. Barcanorum equitum duo millia fuere; armati bipennibus, levibusque ſcutis cetræ maxime ſpeciem reddentibus : peditum decem millia pari armatu ſequebantur. Armenii quadraginta millia miserant peditum, additis ſeptem millibus equitum. Hircani egregii, ut inter illas gentes, ſex millia expleverant, equis militatura. Derbices quadraginta millia peditum armaverant; pluribus hærebant ferro præfixe haſtæ, quidam lignum igni duraverant : hos quoque duo millia equitum ex eadem gente comitata ſunt. A Caspio mari octo millium pedeſter exercitus venerat; ducenti equites. Cum his erant ignobiles Asiæ gentes; duo millia peditum; equitum duplicem paraverant numerum. His copiis triginta millia Græcorum mercede conducta, egregiæ juventutis, adjecta ſunt. Nam Bactrianos, & Sogdianos, & Indos, ceterosque rubri maris accolas, ignota etiam ipsi gentium nomina, feſtinatio prohibebat acciri. Nec quidquam illi minùs, quam multitudo militum defuit : cujus tum universæ adspectu admodum lætus, purpuratis ſolita vanitate ſpem ejus inflantibus; conversus ad Charidemum Atheniensem belli

peritum, & ob exilium infeſtum Alexandro (quippe Athenis jubente eo fuerat expulsus) percontari cœpit: *Satisne ei videretur inſtructus ad obterendum hoſtem?*

At ille & ſuæ ſortis, & regiæ ſuperbiæ oblitus; *Verum,* inquit, *& tu forsan audire nolis; & ego, nisi nunc dixero, aliàs nequidquam confitebor. Hic tanti apparatus exercitûs, hæc tot gentium, & totius Orienis excita ſedibus ſuis moles, finitimis poteſt esse terribilis: nitet purpura auroque, fulget armis & opulentia, quantam qui oculis non ſubjecere, animis concipere non possunt. Sed Macedonum acies torva ſane & inculta, clypeis haſtisque immobiles cuneos, & conserta robora virorum tegit. Ipsi phalangem vocant peditum ſtabile agmen: vir viro, armis arma conserta ſunt. Ad nutum monentis intenti ſequi signa, ordines ſervare didicere. Quod imperatur, omnes exaudiunt: obsiſtere, circumire, discurrere in cornua, mutare pugnam, non duces magis quam milites callent. Et ne auri argentique ſtudio teneri putes, adhuc illa disciplina paupertate magiſtra ſtetit: fatigatis humus cubile eſt: cibus quem occupant ſatiat: tempora ſomni arctiora quam noctis ſunt. Jam Thessali equites, & Acarnanes, Ætolique, invicta bello manus fundis credo, & haſtis igne duratis repellentur? pari robore opus eſt: in illa terra, quæ hos genuit, auxilia quærenda ſunt: argentum iſtud atque aurum ad conducendum militem mitte.*

haïssoit Alexandre, à cause qu'il avoit été banni d'Athènes par son commandement. Darius lui demanda *s'il le trouvoit assez puissant pour renverser son ennemi ?*

Caridemus oubliant sa fortune présente, & combien il est dangereux de blesser la vanité des Grands, lui répondit : *Peut-être, Seigneur, la vérité pourra vous offenser ; mais si je vous la cache maintenant, envain voudrai-je vous la dire dans un autre temps. Ce superbe appareil, ce nombre prodigieux d'hommes dont vous avez épuisé tout l'Orient, pourroient être formidables à vos voisins. Tout n'est qu'or & que pourpre dans votre armée ; à moins d'en être le témoin on ne sçauroit se l'imaginer. L'armée des Macédoniens a l'air terrible quoique négligée ; elle n'est occupée qu'à se conserver inébranlable en se couvrant de ses boucliers & de ses piques : leur phalange est un corps d'infanterie qui combat de pied ferme & se tient si serré dans ses rangs, que les hommes & les armes font comme une haie impénétrable. Ils sont si bien dressés & si attentifs aux commandements de leurs Chefs, qu'au moindre signe vous les voyez suivre leurs enseignes, garder leurs rangs, & faire tous les mouvements de l'exercice militaire. Tous obéissent à la fois aux ordres qu'on leur donne : faut-il faire face à l'ennemi, tourner à droite & à gauche, doubler les files, & changer la forme d'un bataillon ? les Capitaines ne l'entendent pas mieux que les soldats : ne croyez pas que ce soit l'or & l'argent qui les fasse agir, ils n'ont appris cette discipline qu'en l'école de la pauvreté, & encore aujourd'hui ils ne se maintiennent que par elle. Ont-ils faim ? toute viande leur est bonne ; sont-ils fatigués ? ils couchent sur la terre, & jamais le jour ne les trouve*

que debout. Pensez-vous que la cavalerie Thessalienne, & celle des Acarnaniens & des Etoliens, peuples invincibles à la guerre, puissent être repoussés avec des frondes & de méchants bâtons brûlés par le bout ? Non, non : il faut des forces pareilles aux leurs pour leur opposer, & c'est dans leurs pays mêmes qu'il faut chercher du secours contr'eux. Envoyez-y donc cet or & cet argent inutile, pour vous procurer de bonnes troupes.

Darius de son naturel étoit un esprit doux & moderé : mais il est étonnant comme la fortune, pour l'ordinaire, corrompt & pervertit la nature. La vérité l'offensa ; il fit inhumainement traîner au supplice un homme qu'il avoit reçu dans ses Etats, qui s'étoit mis sous sa protection, & qui même alors lui donnoit le plus salutaire conseil. Caridemus ne parut point troublé, & continuant à parler avec liberté. *J'ai*, dit-il, *mon vengeur ; bientôt celui contre qui je vous ai donné un si bon conseil, me fera lui-même raison du mépris que vous en faites. Et vous en qui la souveraine puissance a fait un changement si subite, vous apprendrez à la postérité que quand une fois les hommes s'abandonnent à la fortune, elle étouffe en eux toutes les bonnes semences de la nature.* Comme il proferoit ces paroles à haute voix, ceux qui avoient charge de l'exécuter, l'étranglerent. Le Roi s'en repentit après, mais trop tard, & ayant reconnu que ce qu'il lui avoit dit étoit véritable, il lui fit donner la sépulture.

CHAP. III. Il commanda à Thymondas fils de Mentor, jeune homme actif & entreprenant, de prendre tous les soldats étrangers que commandoit Pharnabase, parce qu'il désiroit s'en servir en cette guerre comme de ceux en qui il mettoit sa princi-

Erat Dario mite ac tractabile ingenium, nisi suam naturam plerumque fortuna corrumperet. Itaque, veritatis impatiens, hospitem ac supplicem, tunc maximè utilia suadentem, abstrahi jussit ad capitale supplicium. Ille ne tum quidem libertatis oblitus: *habeo*, inquit, *paratum mortis meæ ultorem: expetet pœnas mei consilii spreti is ipse, contra quem tibi suasi. Tu quidem licentia regni tam subitò mutatus, documentum eris posteris, homines, cum se permisere fortunæ, etiam naturam dediscere.* Hæc vociferantem quibus erat imperatum, jugulant. Sera deinde pœnitentia subiit Regem, ac vera dixisse confessus, eum sepeliri jussit.

CAP. III. Thymodes erat Mentoris filius, impiger juvenis; cui præceptum est a Rege, ut omnes peregrinos milites in quîs plurimum habebat spei, a Pharnabaso acciperet; opera eorum usurus in bello: ipse Pharnabaso tradit imperium, quod ante Memnoni dederat. Anxium de instantibus curis, agitabant etiam per somnium species imminentium rerum, sive illas ægritudo, sive divinatio animi præsagientis accersit. Castra Alexandri magno ignis fulgore collucere ei visa sunt: & paulò post Alexander adduci ad ipsum in eo vestis habitu, quo ipse fuisset: equo deinde per Ba-

bylonem vectus, ſubitò cum ipso equo oculis esse ſubductus. Ad hæc vates varia interpretatione curam diſtrinxerant : alii *lætum id Regi ſomnium esse* dicebant ; *quod caſtra hoſtium arsissent, quod Alexandrum, deposita regia veſte, in Persico & vulgari habitu perductum esse vidisset.* Quidam contra augurabantur : *quippe illuſtria Macedonum caſtra visa, fulgorem Alexandro portendere : quem regnum Asiæ occupaturum esse, haud ambigere ; quoniam in eodem habitu Darius fuisset, quum appellatus eſt rex.* Vetera quoque omina, ut fit, ſollicitudo revocaverat : Darium enim in principio imperii vaginam acinacis Persicam juſsisse mutari in eam formam, qua Græci uterentur ; protinusque Chaldæos interpretatos, imperium Persarum ad eos transiturum, quorum arma esset imitatus. Ceterùm ipse & vatum responso quod edebatur in vulgus, & ſpecie quæ per ſomnum oblata erat, admodum lætus, caſtra ad Euphratem moveri jubet.

Patrio more Persarum traditum eſt, orto Sole demum procedere. Die jam illuſtri, signum è tabernaculo Regis buccina dabatur. Super tabernaculum unde ab omnibus conſpici posset, imago Solis cryſtallo inclusa fulgebat. Ordo autem agminis erat talis. Ignis, quem ipsi ſacrum & æternum vocabant, ar-

pale

pale espérance. Pharnabase eut le commandement que Memnon avoit auparavant. Ce Prince accablé du soin des affaires qui l'occupoient, étoit encore agité en dormant par les images du malheur qui le menaçoit; soit que le chagrin dont il avoit l'ame pleine, lui excitât ces songes, ou qu'il eût quelque pressentiment de ce qui lui devoit arriver. Il lui sembla qu'il voyoit le camp des Macédoniens tout en feu, & qu'aussi-tôt après on lui avoit amené Aléxandre vêtu de l'habit qu'il portoit lui-même comme homme privé, quand il fut salué Roi des Perses, & qu'ensuite l'ayant vu promener à cheval par la ville de Babylone, lui & le cheval étoient disparus tout à coup. Les Devins consultés là-dessus, donnerent diverses interprétations qui partagerent les esprits. Les uns disoient *que c'étoit un bon augure pour le Roi d'avoir vu brûler le camp des Macédoniens, & de ce qu'Alexandre ayant quitté la robe royale, lui avoit été amené vètu à la Persienne, & avec l'habit d'une personne privée.* Les autres assuroient, au contraire, *que cette grande lueur du camp des Macédoniens présageoit la splendeur de la gloire d'Alexandre, & qu'il ne falloit point douter que l'Empire ne tombât entre ses mains, parce qu'il avoit paru habillé comme l'étoit Darius, lorsqu'il fut appellé à la Couronne.* Là-dessus, comme c'est la coûtume de ceux qui craignent, ils rappelloient en leur mémoire tous les mauvais présages qu'ils avoient eu autrefois sur ce sujet; & rapportoient que Darius, au commencement de son regne, avoit changé le fourreau de son cimeterre fait à la Persienne, & l'avoit fait faire à la Grecque, & qu'aussi-tôt les Chaldéens avoient prédit que l'Empire des Perses passeroit à ceux dont il avoit imité les armes. Le Roi très-satisfait de ses songes, & de la réponse favorable des Devins, qui étoit celle qu'on faisoit courir parmi le peuple, fit avancer ses troupes vers l'Euphrate.

C'étoit une ancienne coûtume des Perses de ne faire marcher leur armée qu'après que le Soleil étoit

levé, & alors avec la trompette le signal étoit donné de la tente du Roi, au-dessus de laquelle étoit arborée l'image éclatante du Soleil enchassée dans du cryſtal. Voici en quel ordre ils marchoient. Premierement, on portoit en grande cérémonie du feu sur les autels d'argent. Ils l'avoient en singuliere vénération, l'appellant éternel & ſacré, & les Mages venoient après, chantant des hymnes à la façon du pays. Ils étoient ſuivis de trois cens ſoixante-cinq jeunes hommes vêtus de robes de pourpre, ſelon le nombre des jours de l'année, parce que les Perſes font aussi leur année de pareil nombre de jours. On voyoit enſuite un char conſacré à Jupiter, tiré par des chevaux blancs & ſuivi d'un coursier d'extraordinaire grandeur, qu'ils appelloient le cheval du Soleil. Ceux qui conduiſoient les chevaux étoient vêtus de blanc, & avoient des houssines d'or à la main. Dix chariots rouloient tout couverts d'étoffes d'or & d'argent. La cavalerie composée de douze nations différentes d'armes & de mœurs, marchoient en corps, & après elle ceux que les Perſes appellent Immortels, au nombre de dix mille, ſurpaſſant en luxe tout le reſte des Barbares. Ils portoient des colliers d'or, & des robes de draps d'or friſé, avec des caſaques à manches toutes couvertes de pierreries.

Ayant commandé à ſes ſoldats d'être prêts pour la troiſiéme veille de la nuit, il monta ſur le ſommet d'une haute montagne, fit allumer beaucoup de flambeaux, & il offrit, ſelon l'uſage de ſon pays, un ſacrifice aux Dieux tutélaires de la contrée. Les trompettes, ſuivant l'orde qui en avoit été donné, avoient déja ſonné par trois fois, & les troupes étoient prêtes à marcher & à combattre ; on leur commanda de doubler le pas, & elles ſe rendirent au point du jour aux paſſages dont elles vouloient ſe ſaiſir. Cependant les coureurs rapporterent que Darius n'étoit plus qu'à trente ſtades de-là ; le Roi fit faire alte, & ayant pris ſes armes, rangea ſes ſoldats en bataille. Les payſans qui s'enfuyoient, avertirent auſſi Darius de l'arrivée de l'ennnemi ; mais il ne pouvoit ſe perſuader que des gens qu'il pourſuivoit comme des fuyards, euſſent la hardieſſe de venir à lui. L'épouvante fut grande dans ſon armée, qui étoit plus en état de marcher que de combattre. Se trouvant ſurpris, ils couroient aux armes en déſordre, & c'étoit à qui ſe ſaiſiroit des premieres qui lui venoient en main : l'empreſſement de ceux qui couroient ainſi en tumulte, & qui crioient à leurs compagnons qu'ils priſſent les armes, augmentoit encore la frayeur. Quelques-uns gagnoient le haut des montagnes pour voir de-là les troupes de l'ennemi ; la plûpart mettoient la bride à leurs chevaux, & cette multitude compoſée de tant de

nations qui ne s'accordoient point, & où chacun se mêloit de commander, avoit tout rempli de confusion & de trouble.

Darius, au commencement, avoit résolu d'occuper la croupe de la montagne avec une partie de ses forces, pour enveloper les ennemis par derriere, & d'en jetter encore quelques autres du côté de la mer qui couvroit son aile droite, afin de les enfermer de toutes parts. Il avoit d'ailleurs fait avancer vingt mille hommes & quelques compagnies d'archers, avec ordre de passer la riviere de Pinare, qui séparoit les deux armées, & de s'opposer aux Macédoniens; ou si cela ne se pouvoit, de regagner les montagnes, & se mettant à couvert, charger les ennemis en queue. La fortune plus puissante que la raison & la bonne conduite, renversa de si sages conseils, & se joua de tous les ordres qu'il avoit donnés. Les uns étoient si troublés par la frayeur, qu'ils n'avoient pas le courage d'exécuter les ordres qu'ils recevoient, & les autres les exécutoient en vain, parce que quand une fois les membres plient, il est nécessaire que le corps succombe.

CHAP. IX. Voici la disposition de son armée. Nabarzanes conduisoit l'aile droite où étoit la cavalerie, sontenue d'environ vingt mille hommes, tant archers que frondeurs. Du même côté étoit Thymodas qui commandoit l'infanterie Grecque, composée de trente mille hommes que Darius avoit à sa solde: c'étoit la fleur & la force de son armée, & qui ne cédoit en rien à la phalange Macédonienne. A l'aile gauche, il y avoit vingt mille hommes de pied, Barbares, commandés par Aristomede Thessalien, & derriere eux étoient les nations les plus belliqueuses pour les soutenir. Là devoit combattre le Roi à la tête de trois mille hommes d'armes choisis, & qui étoient la garde ordinaire du corps, & d'un gros composé de quarante mille hommes de pied. Ils étoient suivis de la cavalerie des Hircaniens & des Médes: celle des autres peuples étoit

citus, nec ad unum intentus imperium, vario tumultu cùncta turbaverat.

Darius initio montis jugum cum parte copiarum occupare ſtatuit, & a fronte & a tergo circumiturus hoſtem : a mari quoque, quo dextrum ejus cornu tegebatur, alios objecturus, ut undique urgeret. Præter hæc viginti millia præmissa cum ſagittariorum manu, Pinarum amnem, qui duo agmina interfluebat, transire, & objicere ſese Macedonum copiis jusserat, si id præſtare non possent, retrocedere in montes, & occulte circumire ultimos hoſtium. Ceterùm, deſtinata ſalubriter omni ratione potentior fortuna discussit, quippe alii præ metu imperium exsequi non audebant, alii fruſtra exsequebantur : quia, ubi partes labant, ſumma turbatur.

CAP. IX. Acies autem hoc modo ſtetit. Nabarzanes equitatu dextrum cornu tuebatur, additis funditorum, ſagittariorumque viginti fere millibus. In eodem Thymodes erat Græcis peditibus mercede conductis triginta millibus præpositus : hoc erat haud dubium robur exercitûs, par Macedonicæ Phalangi acies. In lævo cornu Ariſtomedes Thessalus viginti millia Barbarorum peditum habebat. In ſubsidiis pugnacissimas locaverat gentes. Ipsum Regem in eodem cornu dimicaturum tria millia delectorum equitum, assueta corporis cuſtodiæ, & pedeſtris acies quadraginta millia ſequebantur. Hircani deinde, Medique equites,

his proximi ceterarum gentium, dextra lævaque dispositi. Hoc agmen, sicut dictum est, instructum; sex millia jaculatorum funditorumque antecedebant. Quidquid in illis angustiis adiri poterat, impleverant copiæ, cornuaque hinc a jugo, illinc a mari stabant, uxorem matremque Regis, & alium feminarum gregem in medium agmen acceperant.

Alexander phalangem, quâ nihil apud Macedonas validius erat, in fronte constituit: dextrum cornu Nicanor Parmenionis filius tuebatur, huic proximi stabant Cœnos, & Perdiccas, & Meleager, & Ptolemæus, & Amyntas, sui quisque agminis duces: in lævo, quod ad mare pertinebat, Craterus & Parmenio erant; sed Craterus Parmenioni parere jussus. Equites ab utroque cornu locati: dextrum Macedones Thessalis adjunctis, lævum Peloponnenses tuebantur. Ante hanc aciem posuerat funditorum manum, sagittariis admixtis. Thraces quoque & Cretenses ante agmen ibant, & ipsi leviter armati. At iis, qui præmissi a Dario jugum montis insederant, Agrianos opposuit ex Græcia nuper advectos. Parmenioni autem præceperat, ut quantum posset, agmen ad mare extenderet; quò longiùs abesset montibus quos occupaverant barbari. At illi neque obstare venienti, nec circumire prætergressos ausi; funditorum maxime adspectu profugerant territi: eaque res tutum Alexandro agminis latus, quod ne superne incesseretur timuerat, præstitit. Triginta

rangée à droit & à gauche, par eſcadrons détachés des autres. A la tête marchoient six mille frondeurs ou gens de traits. Tous ces détroits furent rempli de ſes troupes ; de ſorte que l'une des ailes s'étendoit juſqu'au pied de la montagne , & l'autre juſqu'au bord de la mer. Au milieu de l'armée étoient la femme & la mere de Darius avec toute la ſuite des femmes.

Alexandre mit ſa phalange , qui étoit la plus grande force des Macédoniens, au front de la bataille. Nicanor fils de Parménion , menoit l'aîle droite, renforcé de Cénus, de Perdiccas, de Méléagre, de Ptolomée & d'Amyntas, chacun avec les troupes qu'il commandoit. A la gauche, tirant vers la mer, étoient Parménion & Cratere ; mais Cratere avoit ordre d'obéir à Parménion. Il plaça la cavalerie ſur les deux aîles, les Macédoniens avec les Theſſaliens à la droite, & ceux du Péloponneſe à la gauche ; au-devant il mit quelques compagnies de frondeurs & d'Archers, & la cavalerie légère des Thraces & des Candiots. Il oppoſa les Agriens nouvellement arrivés de Gréce, à ceux que Darius avoit envoyés occuper les montagnes , & commanda à Parménion de s'étendre le plus qu'il pourroit vers la mer, afin de s'éloigner toujours des rochers dont les Barbares s'étoient ſaisis. Ceux-ci n'oſerent point combattre ceux qu'ils avoient en tête, ni pourſuivre ceux qui étoient paſſés ; mais à la ſeule vue des frondeurs ils prirent l'épouvente & s'enfuirent, ce qui conſerva le flancs de l'armée ; car Alexandre craignoit qu'il ne fût attaqué de la hauteur : ils ne marchoient dans ces détroits que trente-deux hommes de front, le lieu ne permettant pas de s'élargir davantage. Dès que le chemin s'ouvrit entre ces montagnes, il étendit ſon armée, & il eut aſſez de place pour mettre de la cavalerie ſur les aîles.

Chap. X. Déja les deux armées étoient en présence, mais non-pas à la portée du trait, quand les Perſes jetterent les premiers un cri confus & épouvantable. Les Macédoniens y répondirent, & la répercussion du cri dans les valons & les rochers d'alentour, le rendit plus grand qu'il ne devoit être, à proportion de leurs troupes; c'eſt une choſe ordinaire dans la nature, qu'au moindre bruit qui éclate, les forêts & les montagnes voisines retentiſſent & multiplient le ſon qu'elles reçoivent. Alexandre marchoit à la tête de ſes drapeaux, faiſant à chaque inſtant signe de la main à ſes ſoldats de modérer un peu cette ardeur avec laquelle ils ſe portoient au combat, de peur que par trop de précipitation ils ne vinſſent à la charge déja las & hors d'haleine. Comme il paſſoit à cheval le long des rangs, il parloit différemment aux ſoldats, accommodant ſes diſcours à l'humeur de chaque nation en particulier.

Il rappelloit aux Macédoniens » leur ancienne » valeur, & comme après tant de guerres, & gagnées tant de batailles en Europe, ils étoient venus, le menant plutôt qu'il ne les menoit, ſubjuguer l'Asie & les extrémités de l'Orient; qu'il ne tiendroit qu'à eux de s'acquérir le titre de Libérateurs de l'Univers, & pouſſant leurs victoires au-delà des bornes d'Hercule & de Bacchus, de donner la loi non-ſeulement aux Perſes, mais à tous les peuples de la terre; que les Bactriens & les Indiens deviendroient ſujets de la Macédoine; que ce qu'ils voyoient maintenant n'étoit que la moindre partie de leurs conquêtes, & qu'une ſeule victoire les alloit rendre maîtres de tout le reſte. Qu'ils ne ſeroient pas toujours parmi les rochers des Illyriens & dans les montagnes de la Thrace à faire une guerre ingrate, ſans en recueillir aucun fruit; mais que les dépouilles de tout l'Orient ſeroient le prix de leur valeur, & la

& duo armatorum ordines ibant; neque enim latiùs extendi aciem patiebantur angustiæ: paulatim deinde se laxare sinus montium, & majus spatium aperire cœperant; ita ut non pedes solùm pluribus ordinibus incedere, sed etiam a lateribus circumfundi posset equitatus.

Cap. X. Jam in conspectu, sed extra teli jactum, utraque acies erat; quum priores Persæ inconditum & trucem sustulere clamorem. Redditur & a Macedonibus major, exercitus impar numero, sed jugis montium vastisque saltibus, repercussus: quippe semper circumjecta nemora petræque, quantamcumque accepere vocem, multiplicato sono referunt. Alexander ante prima signa ibat, idemtidem manu suos inhibens; ne suspensi, acriùs ob nimiam festinationem concitato spiritu, capesserent bellum. Cumque agmen obequitaret, varia oratione, ut cujusque animis aptum erat, milites alloquebatur.

Macedones, » tot bellorum in Europa vi» ctores, ad subigendam Asiam atque ultima » Orientis, non ipsius magis, quam suo ductu » profecti, inveteratæ virtutis *admonebantur.* » Illos terrarum orbis liberatores, emensos» que olim Herculis & Liberi patris terminos, » non Persis modò, sed etiam omnibus genti» bus imposituros jugum; Macedonum Bac» tra & Indos fore: minima esse, quæ nunc » intuerentur; sed omnia victoria parari. Non » præruptis petris Illyriorum & Thraciæ saxis » sterilem laborem fore; spolia totius Orien-

» tis offerri. Vix gladio futurum opus ; totam » aciem ſuo pavore fluctuantem umbonibus » posse propelli. *Victor ad hæc Atheniensium* » *Philippus pater invocabatur*, domitæque nu- » per Bœotiæ, & urbis in ea nobilissimæ ad » ſolum dirutæ *ſpecies repræsentabatur animis :* » jam Granicum amnem, jam tot urbes, aut » expugnatas, aut in fidem acceptas, omnia- » que, quæ poſt tergum erant, ſtrata, & pe- » dibus ipsorum ſubjecta *memorabat. Quum* » *adierat Græcos ; admonebat* ab iis gentibus il- » lata Græciæ bella Darii priùs, deinde Xer- » xis insolentia, aquam ipsam terramque poſ- » tulantium : ut neque fontium hauſtum, nec » ſolitos cibos relinquerent. Dein Deûm tem- » pla ruinis & ignibus esse deleta : urbes eo- » rum expugnatas : fœdera humani divinique » juris violata *referebat. Illyrios verò & Thra-* » *cas, rapto vivere assuetos*, aciem hoſtium au- » ro purpuraque fulgentem intueri jubebat, » prædam, non arma geſtantem : irent, im- » bellibus feminis aurum viri eriperent ; aſ- » pera montium ſuorum juga, nudosque col- » les, & perpetuo rigentes gelu, ditibus Per- » ſarum campis agrisque mutarent.



» récompense de leurs fatigues ; qu'à peine seroit-il » besoin de tirer l'épée, & que cette grande multitu- » de, déja toute ébranlée & chancelante par sa pro- » pre frayeur, pouvoit être renversée du seul choc » de leurs boncliers. *Il invoquoit son pere Philip-* » *pe vainqueur des Athéniens, & représentoit aux* » *siens* la Béocie dernièrement domtée, & la plus » florissante de ses villes détruite & ruinée de fond » en comble : *tantôt il leur remettoit devant les yeux* » la journée du Granique ; *tantôt* le grand nombre » de villes qu'il avoit ou forcées ou reçues à compo- » sition, *& enfin*, la quantité de Provinces qu'ils » avoient laissées derriere eux désolées & soumises » à leur obéissance. *En parlant aux Grecs, il leur* » *remontroit*, Que ces peuples étoient leurs anciens » & naturels ennemis qui avoient tant fait de maux » à la Gréce ; & que Darius premierement, & Xer- » xés ensuite, avec un orgueil insupportable, leur » avoient demandé de la terre & de l'eau en tri- » but pour marque d'une honteuse servitude ; que » ce dernier avoit inondé tout leur pays d'un si » grand nombre d'hommes & d'animaux, qu'ils » avoient tari les fontaines, épuisé les rivieres, & » consumé généralement tout ce que la nature pro- » duit pour l'usage & la nourriture des hommes ; » qu'ils avoient saccagé leurs villes, abattu & réduit » en cendres les temples des Dieux, & violé toutes » sortes de droits divins & humains. *Ensuite s'adres-* » *sant aux Illyriens & aux Thraces, nations ac-* » *coutumées à vivre de rapine ; il leur faisoit con-* » *templer l'armée des ennemis toute éclatante d'or* » *& de pourpre, & moins chargée d'armes que de* » *butin.* Vous qui êtes hommes, allez, *leur disoit-* » *il*, allez ravir tous ces ornements à ces femmes, » & faites un échange de leurs rochers & de leurs » affreuses montagnes toujours couvertes de neiges » & de frimats, avec les belles plaines & les riches » campagnes de la Perse.

CHAP. XI. Dès qu'ils furent à la portée du trait, la cavalerie des Perſes ſe mit à charger furieuſement l'aîle gauche des ennemis. C'étoit ſur-tout avec ſa cavalerie que Darius déſiroit de combattre, ſçachant bien que la plus grande force de l'armée des Macédoniens conſiſtoit en leur phalange. On commençoit même à inveſtir l'aîle droite où étoit Alexandre, lorſque s'en appercevant, il ſe contente de laiſſer deux eſcadrons ſur la montagne & vient promptement ſe jetter avec le reſte au fort de la mêlée; il détache de ſon armée la cavalerie Theſſalienne, ordonne à celui qui la conduiſoit, de paſſer le plus à couvert qu'il pourroit derriere ſes gens de pied, afin d'aller joindre Parménion & ſervir ſous ordres. Cependant Alexandre, enveloppé de tous côtés par les Perſes, ſe défendoit vaillamment; mais les uns & les autres étoient si ſerrés qu'ils ne pouvoient qu'à grande peine lancer leurs javelots, qui ſe rencontroient & s'entre-choquoient preſque tous en l'air, de ſorte que la plûpart tomboient à terre ſans effet; ou s'ils portoient juſqu'aux ennemis, les coups en étoient si foibles & l'atteinte si légère, qu'ils ne pouvoient les offenſer. Forcés de combattre de plus près, ils mettent tous l'épée à la main, & il ſe fait un grand carnage.

Les deux armées ſe trouvoient tellement jointes & attachées enſemble, qu'on ſe battoit corps à corps & qu'on ſe portoit la pointe des épées contre le viſage les uns des autres. Il n'y avoit point de ſoldat si timide ni si lâche qui pût reculer, & qui ne fût contraint, malgré lui, de payer de ſa perſonne. Ils combattoient de pied ferme & main à main comme dans un combat ſingulier, & ne pouvoient quitter leur place qu'ils ne s'en fiſſent une autre par la mort de leur ennemi. Alors ils avançoient un pas; mais ils rencontroient un nouvel ennemi qui les terraſſoit bientôt, parce qu'ils étoient épuiſés & affoiblis. Les bleſſés ne pouvoient ſe tirer de la preſſe, comme il arrive ordinairement: l'en-

Cap. XI. Jam ad teli tactum pervenerant; quum Persarum equites ferociter in lævum cornu hostium invecti sunt. Quippe Darius equestri prælio decernere optabat, phalangem Macedonici exercitûs robur esse conjectans, jamque etiam dextrum Alexandri cornu circumibatur. Quod ubi Macedo conspexit; duabus alis equitum ad jugum montis jussis subsistere, ceteros in medium belli discrimen strenue transfert. Subductis deinde ex acie Thessalis equitibus, præfectum eorum occulte circumire tergum suorum jubet, Parmenionique conjungi, & quod is imperasset, impigre exsequi. Jamque ipsis in medium Persarum undique circumfusi egregie se tuebantur; sed concerti, & quasi cohærentes, tela vibrare non poterant: simul erant emissa, in eosdem concurrentia implicabantur, levique & vano ictu pauca in hostem, plura in humum innoxia cadebant.

Ergo cominùs pugnam coacti conserere; gladios impigre stringunt. Tum verò multum sanguinis fusum est: duæ quippe acies ita cohærebant, ut armis arma pulsarent, mucrones in ora dirigerent. Non timido, non ignavo cessare tum licuit: collato pede, quasi singuli inter se dimicarent, in eodem vestigio stabant, donec vincendo locum sibi facerent. Tum demum ergo promovebant gradum, quum hostem prostraverant. At illos novus excipiebat adversarius fatigatos: nec vulnerati, ut aliàs solent, acie poterant excedere, quum

hoſtis inſtaret a fronte, & a tergo ſui urgerent. Alexander non ducis magis, quam militis munera exsequebatur; opimum decus cæso Rege expetens : quippe Darius curru ſublimis eminebat, & ſuis ad ſe tuendum, & hoſtibus ad incessendum, ingens incitamentum. Ergo frater ejus Oxathres, quum Alexandrum inſtare ei cerneret, equites, quibus præerat, ante ipsum currum Regis objecit: armis & robore corporis multum ſuper ceteros eminens; animo verò & pietate in paucissimis, illo utique prælio clarus, alios improvide inſtantes proſtravit, alios in fugam avertit. Ad Macedones, ut circa Regem erant, mutua adhortatione firmati, cum ipso in equitum agmen irrumpunt. Tum verò similis ruinæ ſtrages erat.

Circa currum Darii jacebant nobilissimi duces, ante oculos Regis egregia morte defuncti, omnes in ora proni, sicut dimicantes procubuerant, adverso corpore vulneribus acceptis. Inter hos Atizyes, & Rheomithres, & Sabaces prætor Ægypti, magnorum exercituum præfecti noscitabantur : circa eos cumulata erat peditum equitumque obscurior turba. Macedonum quoque non quidem multi, ſed promptissimi tamen cæsi ſunt : inter quos Alexandri dextrum femur leviter mucrone perſtrictum eſt. Jamque qui Darium vehebant equi, confossi haſtis & dolore efferati, jugum

nemi qu'ils avoient en tête les retenoit, & leurs compagnons en queue, les pressoit en même-temps. Alexandre faisoit le devoir de Capitaine & de soldat, & vouloit mettre le comble d'honneur à sa victoire en tuant Darius de sa main. Ce dernier élevé sur un char, & exposé à la vue de tout le monde, étoit un puissant objet pour inciter également & les siens à le défendre, & ses ennemis à l'attaquer. Son frere Oxathres le voyant pressé par Alexandre, se met au-devant de lui pour le couvrir avec quelques compagnies de cavalerie qu'il commandoit: on le distinguoit à sa taille, à l'éclat de ses armes, & plus encore à sa valeur. Plein de courage & d'un amour extrême pour son Roi, il donna des preuves extraordinaires de l'un & de l'autre en cette occasion, renversant à ses pieds tous ceux qui l'attaquoient avec vivacité, & mettant les autres en fuite. Mais les Macédoniens animés par la présence de leur Roi, venant à se rallier & à s'encourager les uns les autres, enfoncent avec lui cet escadron, & le taillent en piéces. En un moment tout fut rempli d'horreur & de sang; ce n'étoit plus un combat, mais un carnage affreux.

On voyoit autour du chariot de Darius, les plus grands Seigneurs & les plus vaillants Capitaines de Perse, tous couchés sur le visage, de la façon qu'ils étoient tombés en combattant, & morts glorieusement à la vue de leur Roi, ayant reçu toutes leurs blessures pardevant. On y reconnoissoit entr'autres Atyzies, Rhéomithres, & Sabaces Gouverneur d'Egypte, qui avoient autrefois commandé de grandes armées. Ils avoient autour d'eux un grand nombre de gens de pied & de cheval de moindre marque, tous entassés les uns sur les autres. Du côté des Macédoniens, quoiqu'il n'y en eût pas beaucoup de tués, il en revint peu de ceux qui donnerent des premiers avec le plus de furie, entre lesquels Alexandre fut légèrement blessé d'un coup d'épée à la cuisse droite. Cependant, les chevaux qui trai-

noient le chariot de Darius, étants percés de coups, & irrités par la douleur de leurs bleſſures, commencerent à ſe cabrer & à ſecouer le joug avec tant de violence qu'ils alloient renverſer le char, quand ce miſérable Prince craignant de tomber vif en la puiſſance des ennemis, ſe jetta en bas, & fut mis ſur un cheval qu'il faiſoit ſuivre, & ſe dépouilla des marques royales, de peur qu'elles ne découvriſſent ſa fuite. A ſon exemple tous les autres prennent l'épouvante, & ſe ſauvent comme il peuvent, jettant les armes qu'un peu auparavant ils avoient priſes pour leur défenſe, tant la peur eſt une passion inſenſée; elle craint même les choſes d'où elle attend ſon ſecours. La cavalerie que Parménion avoit détachée, pourſuivoit vivement les fuyards, qui pour leur malheur étoient tous venus ſe réfugier en cet endroit & s'expoſer de nouveau à la fureur des ennemis. Mais du côté droit, les Perſes pourſuivoient vivement la cavalerie Theſſalienne, & ils avoient déja rompu du premier choc une partie de ſon eſcadron, quand les Theſſaliens revenant promptement ſur leurs pas, revinrent à la charge, & trouvant les Barbares en déſordre, dans la confiance qu'ils avoient de la victoire, en firent un horrible carnage. Les chevaux des Perſes & leurs gendarmes, tout couverts de lames de fer, étoient si péſamment armés, qu'ils avoient peine à tourner; mais les Theſſaliens ſçachant manier leurs chevaux à toutes mains, avoient toute ſorte d'avantage ſur eux, & en firent pluſieurs priſonniers.

Alexandre qui auparavant n'avoit oſé pouſſer les Barbares, ayant appris l'heureux ſuccès de ce combat, & ſe voyant victorieux des deux côtés, les ſuit à toute bride. Il n'avoit que mille chevaux avec lui, & cependant il tailloit en piéce une multitude incroyable d'ennemis. Mais qui, dans la chaleur de la victoire, ou dans l'effroi d'une déroute conſidere le nombre de ſes troupes? Cette poignée de

quatere, & Regem curru excutere cœperant; quum ille, veritus ne vivus veniret in hoſtium poteſtatem, desilit, & in equum, qui ad hoc ſequebatur, imponitur: insignibus quoque imperii, ne fugam proderent, indecore abjectis. Tum verò ceteri dissipantur metu; & qua cuique patebat ad fugam via, erumpunt; arma jacientes, quæ paulò ante ad tutelam corporum ſumpserant: adeò pavor etiam auxilia formidabat. Inſtabat fugientibus eques a Parmenione missus, & forte in id cornu omnes fuga abſtulerat. At in dextro Persæ Thessalos equites vehementer urgebant, jamque una ala ipso impetu proculcata erat: quum Thessali ſtrenue circumactis equis dilapsi, rursus in prælium redeunt; ſparsosque & incompositos victoriæ fiducia Barbaros ingenti cæde proſternunt. Equi pariter equitesque Persarum ſerie laminarum graves, agmen, quod celeritate maxime conſtat, ægre moliebantur, quippe in circumagendis equis ſuis Thessali multos occupaverant.

Hac tam prospera pugna nunciata, Alexander non ante ausus persequi Barbaros, utrimque jam victor inſtare fugientibus cœpit. Haud ampliùs Regem quam mille equites ſequebantur, quum ingens multitudo hoſtium caderet: ſed quis aut in victoria, aut in fuga copias numerat? Agebantur ergo a tam paucis

pecorum modo, & idem metus, qui cogebat fugere, fugientes morabatur. At Græci, qui in Darii partibus ſteterant, Amynta duce (prætor hic Alexandri fuit, nunc transfuga) abrupti a ceteris, haud ſane fugientibus ſimiles evaserant. Barbari longe diversam fugam intenderunt: alii qua rectum iter in Persidem ducebat; quidam circumitu rupes, ſaltusque montium occultos petivere; pauci caſtra Darii. Sed jam illa quoque hoſtis victor intraverat, omni quidem opulentia ditia. Ingens auri argentique pondus, non belli, ſed luxuriæ apparatum, diripuerant milites: quumque plus raperet, passim ſtrata erant itinera vilioribus ſarcinis, quas in comparatione meliorum avaritia contempserat. Jamque ad feminas perventum erat: quibus, quò cariora ornamenta ſunt, violentiùs detrahebantur: nec corporibus quidem vis ac libido parcebat. Omnia planctu tumultuque, prout cuique fortuna erat, caſtra repleverant, nec ulla facies mali deerat, quum per omnes ordines ætatesque, victoris crudelitas ac licentia vagaretur. Tunc verò impotentis fortunæ ſpecies conspici potuit: quum ii, qui tum Dario tabernaculum exornaverant, omni luxu & opulentia inſtructum, eadem illa Alexandro, quasi veteri domino reservabant: namque id ſolum intactum omiserant milites, ita tradito more, ut victorem victi Regis tabernaculo exciperent.

ſoldats les chaſſoit devant ſoi comme des troupeaux de moutons, & la même peur qui cauſoit leur fuite, la retardoit. Les Grecs qui étoient à la ſolde de Darius, ſous la conduite d'Amyntas, autrefois Lieutenant d'Alexandre, & alors du parti contraire, s'étoient retirés de la mêlée, non en fuyant, mais en faiſant une retraite honorable. Les Barbares prirent des routes bien différentes; les uns ſuivirent le chemin qui mene droit en Perſe, les autres gagnerent les bois & les détours des montagnes écartées, & bien peu retournerent au camp de Darius. Le vainqueur s'en étoit déja rendu maître, & les ſoldats l'avoient ſaccagé, l'ayant trouvé plein de richeſſes & d'une quantité incroyable d'or & d'argent, qui n'étoit pas tant un fonds pour la guerre, qu'une vaine magnificence. Comme ils ſe chargeoient de plus de butin qu'ils n'en pouvoient porter, les chemins étoient tout couverts de dépouilles de moindre valeur, que l'avarice des ſoldats avoit mépriſées. On arrachoit aux femmes leurs bagues & leurs ornements, avec d'autant plus de violence, que ce ſont les choſes qu'elles aiment avec plus de paſſion. Les meurtres mêmes & les violements n'y furent pas épargnées. Ce n'étoient que pleurs, que gémiſſements & cris effroyables qu'on entendoit de tous côtés, ſelon l'état déplorable où chacun ſe trouvoit réduit. Qui pourroit exprimer les maux affreux dont ce jour fut témoin? C'étoit un débordement de licence & de cruauté de la part de tout âge, de toute condition & de tout ſexe dans le parti du vainqueur. On vit alors la puiſſance de la fortune, & la fragilité des choſes humaines; les mêmes Officiers qui avoient préparé pour Darius la tente la plus ſuperbe & la plus magnifique, peu d'heures après gardoient tout ce pompeux appareil, & toutes ces grandes richeſſes pour Alexandre, comme s'il les eût eu de ſes ancêtres. C'étoit la ſeule choſe à quoi les ſoldats n'a-

voient point touché ; la coûtume étoit de recevoi le victorieux dans la tente du vaincu.

La mere & la femme de Darius qui étoient prisonnieres, attiroient les yeux & les cœurs de tout l monde: l'une étoit vénérable, non-seulement pa la majesté de sa personne, mais aussi à cause d son âge ; l'autre se faisoit admirer par son extrêm beauté, qui, malgré toutes ces afflictions n'étoit point changée, & n'avoit rien perdue de son éclat. Elle tenoit entre ses bras son fils qui n'avoit pas encore atteint l'âge de six ans, & qui étoi né dans l'espérance de posséder un jour cette grand fortune que son pere venoit de perdre. On voyoi aussi deux jeunes Princesses prêtes à marier, appuyées sur la Reine leur grand'mere, & qui moin touchées de leur infortune que de la sienne, fondoient en larmes, & se consumoient d'ennui. Il avoit autour d'elles quantité de Dames de condition, qui sans égard ni à la bienséance ni à leu rang, déchiroient leurs robes & s'arrachoient le cheveux ; elles appelloient ces Princesses, *leur Maîtresses & leurs Reines*, noms à la vérité qu'elles possédoient autrefois à juste titre, mais qui alor ne leur appartenoient plus. Toutes oubliant leu propre misere, ne s'informoient plus que de Darius, *de quel côté il avoit combattu, & quelle avoi été l'issue du combat : elles ne croyoient pas être captives si le Roi vivoit.* Mais ce malheureux Princ changeant de chevaux à toute heure, se sauvoit à l course, & étoit déja bien loin. Il mourut en cett bataille, du côté des Perses, cent mille hommes d pied & dix mille de cheval ; & du côté d'Alexandre il y en eut cinq cens quatre de blessés ; il ne fu tué en tout que cent-cinquante de ses cavaliers, & trois cens de ses fantassins : c'est avec si peu de pert qu'il obtint une si grande & si mémorable victoire

CHAP. XII. Le Roi las de poursuivre Darius voyant que la nuit approchoit, & qu'il ne le pouvoit atteindre, retourna au camp des ennemis qu

Sed omnium oculos animosque in ſemet
ıverterant captivæ , mater , conjuxque Da-
: illa non majeſtute ſolum , ſed etiam æta-
venerabilis ; hæc formæ pulchritudine, nec
quidem ſorte corrupta. Acceperat in si-
m filium nondum ſextum ætatis annum
·essum , in ſpem tantæ fortunæ , quantam
ılò ante pater ejus amiserat, genitum. At
gremio anus aviæ jacebant adultæ virgines
æ , non ſuo tantum, ſed etiam illius mœ-
e confectæ. Ingens circa eam nobilium fe-
ıarum turba conſtiterat, laceratis crimini-
;, abscissaque veſte, priſtini decoris imme-
res, *reginas dominasque* veris quondam,
c alienis nominibus invocantes. Illæ ſuæ
amitatis oblitæ, *utro cornu Darius ſtetisset;*
fortuna discriminis fuisset ? requirebant.
gabant *ſe captas, si viveret rex.* Sed illum
ıos ſubinde mutantem longius fuga abſtu-
ıt. In acie autem cæsa ſunt Perſarum pe-
um centum millia, decem vero millia in-
fecta equitum. At ex parte Alexandri qua-
ır & quingenti ſaucii fuere; triginta omni-
& duo ex peditibus desiderati ſunt: equi-
ı centum quinquaginta interfecti. Tantulo
ɔendio ingens victoria ſtetit.

CAP. XII. Rex diu Darium perſequen-
fatigatus, poſteaquam & nox appetebat,
eum assequendi ſpes non erat; in caſtra
ılo ante a ſuis capta pervenit. Invitari dein-

de amicos, quibus maxime assueverat, jus
quippe ſumma dumtaxat cutis in femore p
ſtricta non prohibebat interesse convivi
cum repente e proximo tabernaculo lugul
clamor, Barbaro ululatu planctuque pern
tus, epulantes conterruit. Cohors quoqu
quæ excubabat ad tabernaculum regis, ve
ne majoris motus principium esset, armar
cœperat. Causa pavoris ſubiti fuit, quod i
ter uxorque Darii cum captivis mulieril
nobilibus, regem, quem interfectum esse c
debant, ingenti gemitu ejulatuque defleba
Unus namque e captivis ſpadonibus, qui fc
ante ipsarum tabernaculum ſteterat, ami
lum, quod Darius, sicut paulo ante dict
eſt, ne cultu proderetur, abjecerat, in ma
bus ejus qui repertum ferebat, agnovit: ra
que interſecto detractum esse, falsum n
tium mortis ejus attulerat.

Hoc mulierum errore comperto, Alex
der fortunæ Darii, & pietati earum illacrin
ſe fertur. Ac primo Mithrenem, qui Sar
prodiderat, peritum Perſicæ linguæ, ire
consolandas eas jusserat. Veritus deinde
proditor captivarum iram doloremque gra
ret; Leonatum ex purpuratis ſuis misit, j
ſum indicare, falso lamentari eas Darium
vum. Ille cum paucis armigeris in taberna
lum, in quo captivæ erant, pervenit, n
ſumque a rege ſe nuntiari jubet. At ii, qu
veſtibulo erant, ut armatos conspexêre, i
actum esse de dominis, in tabernaculum c

siens venoient de piller. Ils ne furent pas si-tôt à
le qu'ils entendirent un grand bruit dans la pro-
ine tente, avec des gémissements qui effrayerent
te la compagnie. Ceux mêmes qui étoient en
de devant la tente du Roi, coururent aux armes,
ignant une émeute. Ce qui donna l'allarme fut la
re de Darius avec sa femme, & d'autres Dames
tives, qui pleuroient sa mort à la façon des Bar-
es, avec des cris & des hurlements épouventa-
s. Un Eunuque d'entre les captifs étant par ha-
d devant leur tente, avoit reconnu le manteau
al entre les mains d'un soldat qui l'avoit trouvé,
ès que Darius l'eut jetté, comme nous avons
, de peur d'être reconnu; & s'imaginant qu'il
oit tué, il s'étoit hâté de leur porter les fausses
ivelles de sa mort.

On dit qu'Alexandre ayant sçu d'où procédoit
reur, & considérant la fortune de Darius, & la
té de ces Princesses, pleura, & commanda pre-
erement à Mythrenes, celui qui lui avoit livré la
e de Sardes, de les aller consoler, parce qu'il
voit la langue Persienne; mais craignant que la
de ce traître ne renouvellât leur colere & leur
ileur, il leur envoya Léonatus, l'un des princi-
ix de sa Cour, pour les assurer que celui qu'elles
uroient comme mort, étoit plein de vie. Léo-
us ayant pris quelques soldats avec lui, vint au
illon des Princesses, & leur fit dire, qu'il étoit
de la part du Roi. Ceux qui se trouverent à l'en-
e, voyant des hommes armés, coururent dans
ente, criant qu'on avoit envoyé des gens pour
faire mourir. Ces Princesses n'osant les faire en-
r, & ne pouvant aussi les en empêcher, ne fai-
ent point de réponse, mais attendoient en silen-
la discrétion du vainqueur.

Enfin, Léonatus, après avoir long-temps atte
que quelqu'un vint pour l'introduire, comme il
que perſonne ne ſortoit, il entra dans la tente, l
ſant ſes ſoldats à la porte: elles en furent plus
frayées voyant qu'il entroit de ſon autorité,
qu'on l'eût introduit, & ſe jettant à ſes pieds, e
le prierent, *qu'avant qu'on les fît mourir, il leur
permis d'enſevelir le corps de Darius à la façon
leur pays, & qu'après avoir rendu ce dernier de
à leur Roi, elles mourroient ſans regret.* Léon
leur répondit, *que Darius vivoit, & que loin
leur faire du mal, elles ſeroient traitées en Re
avec tout l'éclat & toutes les marques de leur pre
re fortune.* Alors Syſigambis reprit courage
ſouffrit que Léonatus l'aidât à ſe relever. Le len
main Alexandre, après avoir fait enſevelir ceux
ſes ſoldats qu'on avoit trouvés parmi les morts,
rendre les mêmes honneurs aux plus qualifiés d'
tre les Perſes qui avoient été tués à la bataille
permit à la mere de Darius, de faire auſſi enter
ſuivant la coûtume & les cérémonies du pays, c
qu'il lui plairoit. Cette ſage Princeſſe ménagean
faveur du Roi, ſe contenta de donner ſépultur
quelques-uns de ceux qui lui touchoient de
près, & ſelon l'état de ſa fortune préſente.
jugeoit bien que cette pompe dont uſent les P
ſes en leurs funérailles, n'étoit pas de ſaiſon
qu'elle ne ſeroit pas bien reçue des victorieu
qui brûloient leurs morts tout ſimplement &
ſomptuoſité. Ces obſéques achevées, il envoya
les Reines les avertir qu'il les venoit viſiter,
ayant fait retirer ceux qui le ſuivoient, il entra
avec Epheſtion. C'étoit ſon favori, & comme
avoient toujours été nourris enſemble, le Roi l
moit avec une paſſion extrême, & lui confioit
plus ſecretes penſées. Cette confidence si étroite
avoit acquis la liberté de lui parler avec plus de
berté qu'aucun autre; mais avec tant de diſcrét
& d'adreſſe, qu'il ſembloit le faire plutôt parce

unt, vociferantes, adesse ſupremam horam, ıissoque qui occiderent captas. Itaque, ut ꞁuæ nec prohibere possent, nec admittere au-.erent; nullo responso dato, tacitæ operie-ıantur victoris arbitrium.

Leonnatus expectato diu qui ſe intromitte-et, poſteaquam nemo procedere audebat; re-ıctis in veſtibulo ſatellitibus, intrat in taber-ıaculum. Ea ipsa res turbaverat feminas, quod rrupisse non admissus videbatur. Itaque ma-er & conjux provolutæ ad pedes, orare cœ-ɔerunt; *ut, priusquam interficerentur, Darii* *'orpus ipsis patrio more ſepelire permitteret: fun-ĩas ſupremo in regem officio ſe impigre morituras.* ˍeonnatus, *& vivere Darium, & ipsas non in-'olumes modo, ſed etiam apparatu priſtinæ fortu-ıæ reginas fore.* Tum mater Darii allevari ſe ɔassa eſt. Alexander poſtea die cum cura ſe-ɔultis militibus, quorum corpora invenerat; Persarum quoque nobilissimis eumdem hono-rem haberi jubet, matrique Darii permitti, quos vellet, patrio more ſepeliret. Illa paucos arcta propinquitate conjunctos; pro habitu præsentis fortunæ humari jussit; apparatum funerum, quo Persæ ſuprema officia celebra-rent, invidiosum fore exiſtimans, cum victo-res haud pretiose cremarentur. Jamque juſtis defunctorum corporibus ſolutis, præmittit ad captivas, qui nuntiarent ipsum venire: inhibi-taque comitantium turba, tabernaculum cum Hephæſtione intrat. Is longe omnium amico-rum carissimus erat regi, cum ipso pariter

educatus; secretorum omnium arbiter: libertatis quoque in admonendo eo non alius jus habebat; quod tamen ita usurpabat, ut magis a rege permissum, quam vindicatum ab eo videretur: & sicut ætate par erat regi; ita corporis habitu præstabat. Ergo reginæ illum regem esse ratæ, suo more veneratæ sunt. Inde ex spadonibus captivis, quis Alexander esset monstrantibus, Sysigambis advoluta est pedibus ejus, ignorationem nunquam antea visi regis excusans. Quam manu allevans rex, *non errasti*, inquit, *mater: nam & hic Alexander est*.

Equidem, si hac continentia animi ad ultimum vitæ perseverare potuisset; feliciorem fuisse crederem, quam visus est esse, cum Liberi patris imitaretur triumphum, ab Hellesponto usque ad Oceanum omnes gentes victoria emensus. Vicisset profecto superbiam atque iram, mala invicta: abstinuisset inter epulas cædibus amicorum; egregiosque belli viros, & tot gentium secum domitores, indicta causa veritus esset occidere. Sed nondum fortuna se animo ejus superfuderat. Itaque orientem eam moderate & prudenter tulit; ad ultimum magnitudinem ejus non cepit. Tum quidem ita se gessit, ut omnes ante eum reges & continentia & clementia vincerentur. Virgines enim regias excellentis formæ tam sancte habuit, quam si eodem quo ipse parente genitæ forent: conjugem ejusdem, quam nulla ætatis suæ pulchritudine corporis vicit, adeo ipse non violavit, ut summam adhibue-

le Roi le vouloit ainsi, qu'autrement. Ils étoient de même âge, mais Epheſtion étoit plus grand & avoit l'air plus noble, de ſorte que les Reines le prenant pour le Roi, lui firent, ſelon leurs uſages, une profonde révérence ; mais quelques-uns des Eunuques priſonniers leur montrans Alexandre, Sysigambis ſe jetta aussi-tôt à ſes pieds pour lui demander pardon de la faute qu'elles avoient faite, s'excuſant ſur ce qu'elles ne l'avoient jamais vû. Le Roi la prit par la main, & la relevant : *Non, ma mere*, dit-il, *vous ne vous êtes point trompée, car celui-ci eſt aussi Alexandre*.

S'il eût pû ſe maintenir dans cette modération juſqu'à la fin de ſa vie, je l'aurois eſtimé beaucoup plus heureux qu'il ne ſembloit l'être, lorſqu'après avoir ſurmonté les nations, & étendu ſes conquêtes depuis l'Helleſpont juſqu'à l'Océan, il imitoit le triomphe de Bacchus. Il eût vaincu l'orgueil & la colere, deux vices qu'il ne ſçut domter, & au milieu des feſtins, il n'eût point trempé ſes mains dans le ſang de ſes meilleurs amis, ni été si prompt à faire mourir, ſans connoiſſance de cauſe, ces grands Capitaines à qui il devoit une bonne partie de ſes victoires. Il eſt vrai que la fortune en ce temps-là n'avoit pas encore gagné le deſſus dans ſon eſprit : comme elle ne faiſoit que de commencer à croître, il la porta moderément & avec beaucoup de ſageſſe ; mais à la fin, il n'eut plus la force de la ſoûtenir, & fut accablé de ſa grandeur. Il eſt certain qu'en ces premieres années il ſurpaſſa en bonté & en continence tous les Rois qui l'avoient précédés. Il ſe comporta aussi vertueuſement envers les filles de Darius, Princeſſes d'une excellente beauté, que si elles euſſent été ſes propres ſœurs. Loin de s'oublier avec la Reine, qui étoit la plus belle femme de ſon temps, il eut l'attention que perſonne, ſous prétexte qu'elle étoit captive, ne commit en ſa préſen-

ce la moindre chose qui pût l'offenser. Il fit rendre aux femmes toutes leurs bagues & tout leur équipage, & enfin il vécut si bien avec les Reines; qu'on peut dire que de toute la splendeur & de tous les avantages de leur premiere dignité, rien ne leur manqua avec lui que la confiance, qu'on ne sçauroit prendre en un ennemi, quelque bon traitement qu'on en reçoive.

Sysigambis ravie de la bonté de ce Prince. *Vous méritez*, dit-elle, *Seigneur*, *que nous fassions pour vous les mêmes vœux & les mêmes prieres que nous faisions autrefois pour Darius, puisqu'à ce que je vois, vous ne le surpassez pas seulement en bonheur, mais aussi en clémence & en toutes sortes de vertus. Vous m'appellez votre mere, & vous m'honorez encore du titre de Reine, & moi je confesse que je suis votre servante. Ce n'est pas que je ne sçache de quel lieu je suis tombée, & quel étoit le comble de la gloire où je me suis vue; mais le joug de votre empire est si doux, que le souvenir que j'ai de ma félicité passée, ne me rend point insupportable l'état de ma fortune présente. Il y va, je l'avoue, de votre réputation, qu'ayant le pouvoir que vous avez sur nous, vous en usiez comme vous faites, & qu'il serve plutôt à faire paroître votre clémence, qu'à vous rien faire commettre qui soit indigne d'elle.* Le Roi les conjura de ne se point affliger, & prit le fils de Darius entre ses bras. Ce petit enfant ne s'étonnant point d'un visage qu'il n'avoit jamais vû, se mit à l'embrasser avec les deux mains : le Roi se sentit touché, & admirant son assurance, en se tournant vers Ephestion : *Que je voudrois de bon cœur*, lui dit-il, *que Darius eût eu quelque chose du naturel de cet enfant.* Sorti de la tente des Reines, & ayant consacré trois autels sur le bord du fleuve de Pynare, l'un à Jupiter, l'autre à Hercule, & le troisiéme à Minerve, il passa dans la Syrie, & envoya Parménion devant à Damas où étoient les trésors & les finances de la Couronne.

rit curam, ne quis captivo corpori illuderet: omnem cultum reddi feminis jussit; nec quidquam ex priſtinæ fortunæ magnificentia captivis, præter fiduciam defuit.

Itaque Sysigambis, *rex*, inquit, *mereris, ut ea precemur tibi, quæ Dario noſtro quondam precatæ ſumus. Et, ut video, dignus es, qui tantum regem non felicitate ſolum, ſed etiam æquitate ſuperaveris. Tu quidem matrem me, & reginam vocas: ſed ego me tuam famulam esse confiteor. Et præteritæ fortunæ faſtigium capio, & præsentis jugum pati possum: tua intereſt, quantum in nos licuerit, si id potius clementia, quam ſævitia vis esse teſtatum.* Rex bonum animum habere eas jussit. Darii deinde filium collo ſuo admovit. Atque nihil ille conspectu tunc primum a ſe visi conterritus, cervicem ejus manibus amplectitur: motus ergo rex conſtantia pueri, Hephæſtionem intuens, *quam vellem*, inquit, *Darius aliquid ex hac indole hausisset!* Tum tabernaculo egressus, tribus aris in ripa Pinari amnis, Jovi atque Herculi Minervæque ſacratis, Syriam petit; Damascum, ubi regis gaza erat, Parmenione præmisso.



CAP. XIII. Atque is, cum præcessisse Darii Satrapam comperisset; veritus ne paucitas ſuorum ſperneretur, accessere majorem manum ſtatuit. Sed forte in exploratores ab eo præmissos incidit natione Mardus, qui ad Parmenionem perductus, literas ad Alexandrum a præfecto Damasci missas tradit ei; *nec dubitare eum, quin omnem regiam ſuppellectilem cum pecunia traderet, adjecit.* Parmenio asservari eo jusso, literas aperit: in quibus erat ſcriptum; *ut mature Alexander aliquem ex ducibus ſuis mitteret, cum manu exigua.* Itaque re cognita, Mardum datis comitibus ad proditorem remittit. Ille e manibus cuſtodientium lapsus, Damascum ante lucem intrat. Turbaverat ea res Parmenionis animum, insidias timentis; & ignotum iter sine duce non audebat ingredi: felicitati tamen regis ſui confisus, agreſtes, qui duces itineris essent, excipi juſsit. Quibus celeriter repertis, quarto die ad urbem pervenit: jam metuente præfecto, ne sibi fides habita non esset.

Igitur quasi parum munimentis oppidi fidens; ante ſolis ortum pecuniam regiam, quam *gazam* Persæ vocant, cum pretiosissimis rerum efferri jubet: fugam simulans; re vera, ut prædam hoſti offerret. Multa millia virorum feminarumque excedentem oppido ſequebantur; omnibus miserabilis turba, præter eum, cujus fidei commissa fuerat. Quippe quò major proditionis merces foret, objicere hoſti parabat gratiorem omni pecunia præ-

Chap. XIII. Ce ſage Capitaine ayant eu avis qu'un des Satrapes de Darius l'avoit devancé, & craignant d'être attaqué avec le peu de ſoldats qu'il menoit, réſolut de faire venir du renfort. La fortune voulut qu'un certain Mardien étant tombé entre les mains de ſes coureurs, & lui ayant été amené, il lui donna des lettres que le Gouverneur de Damas écrivoit à Alexandre, & il ajouta, *qu'il ne doutoit point que ſon maître ne lui remît entre les mains tout l'argenr & tous les précieux meubles du Roi.* Parménion, après s'être aſſuré de cet homme, ouvrit les lettres qui portoient, *qu'Alexandre lui envoyât en diligence un de ſes Chefs avec quelques ſoldats.* Sur cela, il renvoya le Mardien bien accompagné vers le traître; mais s'étant échappé de ſes gardes, il ſe rendit à Damas avant le jour. Cela inquieta Parménion, qui craignoit qu'on ne lui dreſsât quelque embûche, & qui n'oſoit s'engager ſans guide dans un pays qui lui étoit inconnu. Cependant, ſe confiant en la bonne fortune de ſon Roi; il fit prendre des payſans qui lui montrerent le chemin, & le rendirent le quatriéme jour devant la ville, dont le Gouverneur étoit déja en appréhenſion qu'on n'eût pas ajoûté foi à ſes lettres.

Il feignit de n'être pas aſſuré dans une si mauvaiſe place, & faiſant charger au point du jour tout l'argent du Roi que les Perſes appellent *Gaza*, & ce qu'il y avoit de plus précieux, il s'enfuit avec tous ces tréſors, en apparence pour les ſauver, mais en effet, pour les mettre entre les mains des ennemis. On voyoit ſortir après lui des milliers d'hommes & de femmes qui faiſoient compassion à tout le monde, hormis à celui à la foi duquel on les avoit confiés. Ce traître, afin de tirer une plus grande récompenſe de ſa perfidie, s'étoit propoſé de livrer à l'ennemi une proie qu'il ſçavoit lui devoir être plus chere que tout l'or, & que toutes les ri-

chesses du monde. C'étoient les femmes & les enfans des Satrapes de Darius & des plus grands Seigneurs de Perse, & les Ambassadeurs des villes Grecques que Darius avoit laissés à la garde de ce perfide, comme dans la plus sure forteresse qu'il eût pû choisir. Il geloit alors, & il s'étoit levé un grand vent qui avoit fait tomber quantité de neige, de sorte que les porte-faix, qu'ils appellent *Gangabes*, ne pouvant plus endurer le froid, se mirent à déployer ces belles robes de pourpre tissues d'or, qui étoient empaquetées avec l'argent, & s'en revêtirent, sans que personne se mît en devoir de les en empêcher ni leur osât faire quelque reproche. Les plus vils & les plus méprisables des hommes manquoient ainsi de respect à ce Prince malheureux.

Parménion qui de loin apperçut cette troupe, crut devoir se mettre en état de défense : il rangea ses soldats en bataille, & après les avoir animés en peu de mots comme pour un combat en régle, il leur commanda de s'avancer & de donner. Ceux qui portoient ces riches fardeaux prenant l'épouvante, les jetterent & s'enfuirent avec les soldats qui les escortoient; & le Gouverneur, pour mieux couvrir sa trahison, feignit d'être troublé, & acheva de mettre tout en déroute. Toutes les plus grandes richesses de la Couronne furent abandonnées dans la campagne; ces sommes immenses d'or & d'argent qui étoient destinées pour l'entretien de cette effroyable multitude de gens de guerre, ces superbes & somptueux équipages de tant de grands Seigneurs & de Dames, cette quantité incroyable de vaisselle d'or, & ces tentes enrichies avec une magnificence royale; enfin, ces grands chariots chargés d'une opulence infinie, furent abandonnés de leurs conducteurs.

C'étoit un triste spectacle, dont ceux mêmes qui pilloient devoient être touchés, si rien étoit capable d'arrêter le cours d'une avarice effrenée. Tout ce que l'épargne, la puissance, & la bonne fortune

dam, nobiles viros, prætorem Darii conjuges, liberosque; præter hos urbium Græcarum legatos: quos Darius velut in arce tutissima, in proditoris reliquerat manibus. *Gangabas* Persæ vocant humeris opera portantes: hi cum frigus tolerare non possent (quippe & procella subito nivem effuderat, & humus rigebat gelu) tum adstrictas vestes, quas cum pecunia portabant auro & purpura insignes, induunt: nullo prohibere auso; cum fortuna regis etiam humillimis in ipsum licentiam faceret.

Præbuere ergo Parmenioni non spernendi agminis speciem: qui intentiore cura suos, quasi ad justum prælium, paucis adhortatus, equis calcaria subdere jubet, & acri impetu in hostem invehi. At illi, qui sub oneribus erant, omissis per metum, capessunt fugam: armati, qui eos persequebantur, eodem metu arma jactare, ac nota diverticula petere cœperunt. Præfectus, quasi & ipse conterritus simulans, cuncta pavore compleverat. Jacebant totis campis opes regiæ: illa pecunia stipendio ingenti militum præparata: ille cultus tot nobilium virorum; tot illustrium feminarum: aurea vasa: aurei freni: tabernacula regali magnificentia ornata: vehicula quoque a suis destituta, ingentis opulentiæ plena.

Facies etiam prædantibus tristis, si qua res avaritiam moraretur. Quippe tot annorum incredibili & fidem excedente fortuna cumula-

ta, tunc alia ſtirpibus lacerata, alia in cœnum demersa eruebantur: non ſufficiebant prædantium manus prædæ. Jamque etiam ad eos, qui primi fugerant, ventum erat: feminæ pleræque parvos trahentes liberos ibant, inter quas tres fuere virgines, Ochi, qui ante Darium regnaverat, filiæ, olim quidem ex faſtigio paterno rerum mutatione detractæ; ſed tum ſortem earum crudelis aggravante fortuna.

Tirant donc à part l'Eunuque, & alors ne pleurant plus, mais soupirant, il lui dit : *Tyriotes, il n'est plus question ici de mentir, si tu ne me confesses la vérité, les tourments m'en feront raison ; mais n'en venons point là, je t'en prie, & s'il te reste encore quelque respect pour ton Roi, dis-moi, je te conjure, si Alexandre, & comme jeune, & comme victorieux, n'auroit point tenté ce que je désire sçavoir, & ce que j'ai honte de demander ?* Alors Tyriotes offre son corps à la torture, & avec des serments & des exécrations horribles, appelle les Dieux à témoins, *qu'il ne s'étoit rien passé entre Alexandre & la Reine qui ne respira l'honneur & la vertu.* Enfin, Darius ayant ajoûté foi aux paroles de l'Eunuque, se couvrit le visage, & fut un long espace de temps à pleurer : comme les larmes lui tomboient encore des yeux, il ôta sa robe de dessus sa tête, & levant les mains au ciel, il fit cette priere. *Dieux, protecteur de la Couronne des Perses, je vous demande premierement cette grace, qu'il vous plaise me rétablir sur mon trône ; mais si les destinées en ont autrement ordonné, & que je doive le perdre, au moins ne permettez pas que l'Empire de l'Asie tombe en d'autres mains qu'en celles d'un si juste ennemi, & d'un si sage vainqueur.*

ſuspicionemque revolutus eſt; desiderium captivæ profècto a consuetudine ſtupri ortum esse conjectans.

Submotis igitur arbitris, uno duntaxat Tyriote retento, jam non flens, ſed ſuspirans; *videsne in te, Tyriote, locum mendacio non esse? tormenta jam hic erunt; ſed ne expectaveris per Deos, si quid tui tibi regis reverentiæ eſt: num, quod & ſcire expecto, & quærere pudet, ausus eſt & dominus, & juvenis?* Ille, quæſtioni corpus offerre; Deos teſtes invocare; caſte ſancteque habitam esse reginam. Tandem, ut fides facta eſt, vera esse quæ affirmaret ſpado; capite velato diu flevit: manantibusque adhuc lacrimis, veſte ab ore rejecta, ad cœlum manus tendens; *Dii patrii*, inquit, *primum mihi ſtabilite regnum: deinde, si de me jam transactum eſt; precor, ne quis potius Asiæ rex sit, quam iſte, tam juſtus hoſtis, tam misericors victor.*



CAP. XI. Itaque quanquam pace frustra bis petita, omnia in bellum consilia converterat; victus tamen continentia hostis, ad novas pacis conditiones ferendas decem legatos cognatorum principes misit: quos Alexander consilio advocato, *introduci* jussit. E quibus maximus natu; » Darium, *inquit*, ut pacem a » te jam hoc tertio peteret, nulla vis subegit: » sed justitia & continentia expressit. Matrem, » conjugem, liberosque ejus, nisi quod sine » illo sunt, captos esse non sensit: pudicitiæ » earum quæ supersunt, curam haud secus » quam parens agens, reginas appellas: spe- » ciem pristinæ fortunæ retinere pateris. Vul- » tum tuum video, qualis Darii fuit, cum di- » mitteremur ab eo: & ille tamen uxorem; tu » hostem luges. Jam in acie stares, nisi cura » te sepulturæ ejus moraretur. Et quid mirum » est; si tam ab amico animo pacem petit? » quid opus est armis, inter quos odia sublata » sunt? Antea imperio tuo destinabat Halyn » amnem, qui Lydiam terminat. Nunc, quid- » quid inter Hellespontum & Euphraten est, » in dotem filiæ offert, quam tibi tradit: » Ochum filium, quem habes, pacis & fidei » obsidem retine: matrem & duas virgines fi- » lias redde: pro tribus corporibus triginta » millia talentum auri precatur accipias. Nisi » moderationem animi tui notam haberem; » non dicerem hoc esse tempus, quo pacem » non dare solum, sed etiam occupare debe- » res. Respice, quantum post te reliqueris:

CHAP. XI. Il avoit déja, par trois fois, demandé la paix, ſans la pouvoir obtenir, & il étoit réſolu à ſoutenir la guerre; mais vaincu par la bonté de ſon ennemi, il envoya dix des principaux de ſes parens, pour lui propoſer de nouvelles conditions. Alexandre ayant aſſemblé ſon conſeil, & fait introduire les Ambaſſadeurs, le plus ancien d'entre eux dit: » Seigneur, ce n'eſt ni la force, ni la néceſſité qui contraint Darius de vous demander aujourdhui la paix pour la troiſiéme fois. Votre juſtice & votre continence, je le proteſte, ſont les ſeuls motifs qui l'y portent. Il ne s'eſt apperçu de la captivité de ſa femme & de ſes enfans, que par leur ſeule abſence. Vous ne reſpectez pas moins l'honneur de ces jeunes Princeſſes, que si vous étiez leur propre pere; vous les appellez Reines, & leur laiſſez tout l'éclat de leur premiere fortune. Je vois même ſur votre viſage le même deuil que ſur celui de Darius, quand nous primes congé de lui: il pleure ſa femme, & vous ne pleurez que celle de votre ennemi, qui vous auroit déja ſur les bras, si le ſoin de ſa ſépulture ne vous avoit arrêté. Devez-vous donc être ſurpris qu'il recherche encore la paix avec un Prince qui lui témoigne tant de bonne volonté? Et pourquoi la guerre entre ceux qui ont éteint toute haine? Autrefois il avoit assigné les bornes de votre Empire à la riviere d'Halis frontiere de la Lydie: mais aujourd'hui il vous donne ſa fille en mariage avec toutes les terres qui ſont entre l'Helleſpont & l'Euphrate. Il vous laiſſe ſon fils Ochus, & conſent que vous le gardiez pour otage de ſa foi & de ſon amitié, à condition que vous lui rendiez ſa mere & ſes deux filles; pour leur rançon il vous prie d'accepter trente mille talents d'or. Si je ne connoiſſois votre modération, je n'oſerois vous dire que voici le temps & la conjoncture où vous ne devriez pas ſeulement accorder la paix, mais la rechercher. Conſidérez ce que vous laiſſez

» derriere vous, & ce qui vous reſte à conquérir ? » Souvenez-vous qu'un trop grand Empire eſt un » dangereux fardeau, & que c'eſt une erreur de pen- » ſer étreindre plus qu'on ne peut embraſſer. Ne » voyez-vous pas combien ces grands corps de na- » vires ſont difficiles à gouverner ? Et d'où ſont ve- » nues à Darius toutes les pertes qu'il a faites ? que » de ſes richeſſes excessives, qui annoncent ſouvent » une chûte profonde. Il y a des choſes qu'il n'eſt » pas si aiſé de conſerver que d'acquérir, & com- » bien eſt-il plus naturel & plus ordinaire à nos » mains de prendre que de retenir ? Enfin ces puiſ- » ſances si vaſtes ſont ſujettes au changement, & il » n'eſt pas juſques à la mort de la femme de Darius » qui ne vous en avertiſſe ; elle ôte quelque choſe » à votre clémence, en vous privant du moyen » que vous trouviez de l'exercer ſur elle.

Alexandre ayant fait ſortir les Ambaſſadeurs, demanda les avis : perſonne n'oſoit s'expliquer, ne ſçachant où l'inclination du Roi ſe portoit. Enfin, Parménion rompit le silence, & dit : » Mon ſenti- » ment, dès le temps que nous étions à Damas, fut » de rendre les priſonniers à ceux qui les vouloient » racheter ; je voyois un grand fonds dans ce qu'on » en auroit tiré, d'ailleurs étant en grand nombre, » ils occupoient beaucoup de braves hommes di- » gnes d'un meilleur emploi. J'opine encore main- » tenant que le Roi ne doit point balancer à ſe dé- » faire d'une vieille femme, & de deux jeunes » filles, qu'on doit regarder comme un vrai em- » barras dans l'armée & ſur les chemins ; il leur doit » préférer trente mille talents, que leur délivrance » peut faire entrer dans ſes coffres. Qu'il considere » que ſans tirer l'épée, un si juſte traité le rendroit » maître d'un des plus beaux Royaumes du monde, » & qu'alors il pourroit ſe vanter que jamais hom- » me, avant lui, n'avoit poſſédé tout ce qui eſt » entre l'Iſtre & l'Euphrate, ni des Provinces si » éloignées l'une de l'autre. Si le Prince veut me

» intuere, quantum petas ! Periculosum est
» prægrave imperium : difficile est continere,
» quod capere non possis. Videsne, ut navi-
» gia, quæ modum excedunt, regi nequeant?
» Nescio, an Darius ideo tam multa amiserit,
» quia nimiæ opes magnæ jacturæ locum fa-
» ciunt. Facilius est quædam vincere, quam
» tueri : quam hercule expeditius manus nos-
» træ rapiunt, quam continent. Ipsa mors
» uxoris Darii te admonere potest; minus jam
» misericordiæ tuæ licere, quam licuit.

Alexander, legatis excedere tabernaculo jussis, quid placeret, ad consilium refert. Diu nemo quid sentiret ausus est dicere, incerta regis voluntate. Tandem Parmenio, » ante
» suasissem, *ait*, ut captivos apud Damascum
» redimentibus redderes; ingentem pecuniam
» potuisse redigi ex iis, qui multi vincti viro-
» rum fortium occupaverant manus. Et nunc
» magnopere censerem, ut unam anum, &
» duas puellas, itinerum agminumque impe-
» dimenta, triginta millibus talentis auri per-
» mutes. Opimum regnum occupari posse con-
» ditione, non bello : nec quemquam alium
» inter Istrum & Euphraten possedisse terras
» ingenti spatio intervalloque discretas. Mace-
» doniam quoque respiceret potius; quam
» Bactra & Indos intueretur. *Ingrata oratio re-*
» *gi fuit. Itaque, ut finem dicendi fecit;* &

» ego, *inquit*, pecuniam quam gloriam mallem, si Parmenio essem. Nunc Alexander, » de paupertate securus sum : & me non mercatorem memini esse, sed regem. Nihil quidem habeo venale ; sed fortunam meam utique non vendo. Captivos si placet reddi ; » honestius dono dabimus, quam pretio remittemus.

Introductis deinde legatis ad hunc modum respondit : » Nuntiate Dario, me, quæ fecerim clementer & liberaliter, non amicitiæ » ejus tribuisse ; sed naturæ meæ. Bellum cum » captivis & feminis gerere non soleo. Armatus sit oportet, quem oderim. Quod si saltem pacem bona fide peteret ; deliberarem » forsitan an darem. Verum enim vero, cum » modo milites meos literis ad proditionem, » modo amicos ad perniciem meam pecunia » sollicitet : ad internecionem mihi persequendus est, non ut justus hostis, sed ut percussor veneficus. Conditiones vero pacis, quas » fertis, si accepero ; victorem eum faciunt. » Quæ post Euphraten sunt, liberaliter donat : ubi igitur me affamini ? nempe ultra » Euphraten sum. Summum ergo dotis quam » promittit terminum castra mea transeunt. » Hinc me depellite, ut sciam vestrum esse, » quod ceditis. Eadem liberalitate dat mihi » filiam suam : nempe quam scio alicui servorum suorum nupturam. Multum vero mihi

» croire, il tournera ensuite les yeux vers la Macédoine, plutôt que du côté de la Bactriane & des » Indes. *Ce discours déplut au Roi, qui prenant aussi-tôt la parole*: Et moi aussi, *dit-il*, je préférerois l'argent à la gloire, si j'étois Parménion; » mais étant Alexandre, je ne crains pas de devenir pauvre; & si je ne me trompe, je suis Roi, » & non-pas marchand; je n'ai rien à vendre, & » moins ma fortune que toute autre chose : mais si » l'on juge à propos de rendre les prisonniers, il sera bien plus honorable, & de meilleure grace, » de les donner en pure don, que d'en recevoir de » l'argent.

Ayant fait ensuite rentrer les Ambassadeurs, il leur fit cette réponse. » Dites à votre Maître, que » les remerciments sont superflus entre gens qui se » font la guerre, & que si j'ai usé de clémence & de » faveur envers les siens, ce n'a été que pour me » satisfaire moi-même, & non pour aucune affection que je lui porte. Je ne fais point la guerre » aux misérables, je ne m'attaque ni aux prisonniers, ni aux femmes, je n'en veux qu'à ceux » qui ont les armes à la main, & qui sont en état » de se défendre. Si c'étoit de bonne foi qu'il me » demandât la paix, je verrois ce que j'aurois à » faire; mais puisqu'il ne cesse par lettres & par argent de solliciter mes soldats de me trahir, & » mes domestiques de me tuer, je suis résolu de le » poursuivre à outrance, non-plus comme un juste » ennemi, mais comme un empoisonneur & un assassin. Pour les conditions que vous me proposez, si je les acceptois, elles le rendroient victorieux. Il me donne, dites-vous, tout ce qui est » au-delà de l'Euphrate, & où est-ce dont vous me » parlez ? Ne trouvez-vous pas que j'y suis déja ? » & n'ai-je pas franchi les bornes de la grande dot » qu'il me promet, & que vous portez si haut ? » Chassez-moi premierement d'ici, si vous voulez » que j'avoue que ce que vous me donnez est à

» vous. Avec cette même libéralité il m'offre une » de ses filles en mariage, comme si je ne sçavois » pas que c'est un parti réservé pour quelqu'un de » ses esclaves : il me fait beaucoup d'honneur de » me préférer à Mazée pour être son gendre. Allez, » & dites à Darius que tout ce qu'il a perdu, & tout » ce qui lui reste, doit être le prix d'une bataille, » que c'est à elle à décider des limites de nos royau- » mes, & que chacun aura pour son partage ce que » la journée de demain lui accordera. *Les Am-* » *bassadeurs lui repliquerent*, que puisqu'il étoit ré- » solu à la guerre, c'étoit en user avec franchise » que de ne les point amuser d'une vaine espérance » de paix; qu'ils le prioient seulement de les ren- » voyer au plutôt vers leur Roi, afin que de son cô- » té, il se préparât aussi à la bataille «. Congédiés de cette sorte, ils annoncent la guerre à Darius.

CHAP. XII. Darius envoye aussi-tôt Mazée pour occuper les avenues avec trois mille cavaliers. Alexandre, après avoir achevé de rendre les derniers honneurs à la Reine, & laissé dans son camp, sous une légère garde, le bagage le plus incommode, marcha contre les ennemis. Il avoit disposé son infanterie en deux colonnes, & jetté la cavalerie sur les deux aîles; le bagage suivoit en queue. Il commanda à Ménidas d'aller avec la cavalerie des Scythes reconnoître où étoit Darius; mais ayant appris sur le chemin que Mazée étoit campé assez près de là, il revint aussi-tôt, sans rapporter autre chose, si-non qu'on n'entendoit que bruit d'hommes, & que hannissements de chevaux. Mazée découvrant de loin les coureurs, se retire vers son armée, & publie l'arrivée de l'ennemi. Darius qui désiroit combattre en pleine campagne, commande aussi-tôt à ses gens de prendre les armes, & les conduit en ordre de bataille. A la gau-

» præſtat, si me Mazæo generum præponit !
» Ite, nuntiate regi veſtro ; & quæ amisit, &
» quæ adhuc habet, præmia esse belli : hoc
» regente utriusque terminos regni, id quem-
» que habiturum, quod proximæ lucis assi-
» gnatura fortuna eſt. *Legati respondent* ; cum
» bellum in animo sit, facere eum simplici-
» ter, quod ſpe pacis non fruſtraretur. Ipsos
» petere, quamprimum dimittantur ad regem :
» eum quoque bellum parare debere. *Dimissi*
» *nuntiant*, adesse certamen.

CAP. XII. Ille quidem confeſtim Mazæum cum tribus millibus equitum, ad itinera, quæ hoſtis petiturus erat, occupanda præmisit. Alexander, corpori uxoris ejus juſtis persolutis, omnique graviore comitatu intra eadem munimenta cum modico præsidio relicto, ad hoſtem contendit. In duo cornua diviserat peditem ; in utrumque latus equite circumdato : impedimenta ſequebantur agmen. Præmissum deinde concitis equitibus Menidam jubet explorare, ubi Darius esset. At ille, cum Mazæus haud procul concediſſet, non ausus ultra procedere ; nihil aliud, quam fremitum hominum hinnitumque equorum exaudisse nuntiat. Mazæus quoque, conſpectis procul exploratoribus, in caſtra ſe recipit ; adventus hoſtium nuntius. Igitur Darius, qui in patentibus campis decernere op-

tabat; armari militem jubet, aciemque disponit. In lævo cornu Bactriani ibant equites, mille admodum; Dahæ totidem : & Arachosii Susiique quatuor millia explebant. Hos quinquaginta falcati currus sequebantur. Proximus quadrigis erat Bessus, cum octo millibus equitum item Bactrianis. Massagetæ duobus millibus agmen ejus claudebant. Pedites his plurium gentium non mixtas, sed suæ quisque nationis junxerant copias. Persas deinde cum Mardis Sogdianisque Ariobarzanes & Orobates ducebant. Illi partibus copiarum; summæ Orsines præerat; a septem Persis oriundus, ad Cyrum quoque nobilissimum regem originem sui referens. Hos aliæ gentes, ne sociis quidem satis notæ, sequebantur. Post quas quinquaginta quadrigas Phradates magno Caspianorum agmine antecedebat. Indi, ceterique rubri maris accolæ nomina verius quam auxilia, post currus erant. Claudebatur hoc agmen aliis falcatis curribus quinquaginta : quibus peregrinum militem adjunxerat. Hunc Armenii, quos minores vocant; Armenios Babylonii; utrosque Belitæ, & qui montes Cossæorum incolebant, sequebantur. Post hos ibant Gortuæ, gentes quidem Euboïcæ, Medos quondam secuti; sed jam degeneres, & patrii moris ignari. Applicuerat his Phrigas & Cataonas. Parthorum deinde gens, incolentium terras, quas nunc Parthi Scythia profecti tenent, claudebant agmen. Hæc sinistri cornu acies fuit. Dextrum

che marchoient quelque mille chevaux Bactriens, autant de Dahés, & quatre mille ou Arachosiens ou Susiens. Cent chariots garnies de faulx venoient en-noient ensuite ; Bessus avec huit mille chevaux aussi Bactriens, & deux mille Massagetes, fermoit la marche. L'infanterie suivoit, composée de plusieurs nations, chacune sous ses enseignes. Ariobarzanes & Orobates menoient les Perses avec les Mardiens & les Sogdiens en deux corps séparés, qu'Orsines commandoit en chef. Ce Prince étoit issu de la race des sept Perses, & rapportoit même son origine à Cyrus, le plus illustre de tous les Rois. Ils étoient suivis de plusieurs peuples, à peine connus du reste de l'armée. Phradate venoit après avec les troupes Caspiennes à la tête de cinquante chariots de guerre : à la suite des chariots étoient les Indiens, & toutes ces autres Nations voisines de la mer rouge, qu'on pouvoit nommer un vain épouvantail, plutôt qu'un véritable secours. Il y avoit ensuite cinquante autres chariots armés de faulx, avec les troupes auxiliaires suivies des Arméniens de l'Arménie mineure, des Babyloniens, des Bélites, & de ceux qui habitent les montagnes des Cosséens. On voyoit les Gortues, peuples de l'Eubée, qui suivirent autrefois les Médes ; mais qui ne tetenoient plus rien de la valeur ni des mœurs de leurs ancêtres. Ils étoient soutenus par les Phrygiens & par les Cataons : & enfin, ceux de la Parthienne, habitants de la contrée qu'occupent aujourdhui les Parthes venus de la Scythie, étoient les derniers de toute cette multitude. C'étoit-là l'ordonnance de l'aîle gauche. La droite étoit composée des Arméniens de l'Arménie majeure, des Cadusiens, des

Cappadociens, des Syriens, des Medes, qui avoient aussi cinquante chariots garnis de langues de fer. Toute l'armée montoit à qarante-cinq mille chevaux, & deux cens mille hommes de pied qui, rangés en cet ordre, s'avancerent de dix ſtades, & ayant reçu commandement de faire alte, ils attendirent les ennemis ſous les armes.

Il ſe répandit tout à coup une frayeur si étrange dans le camp d'Alexandre, ſans aucun ſujet apparent, que les ſoldats commencerent tous à frémir; une ſecrette horreur leur troubloit l'eſprit & s'emparoit de leur courage. Il paroiſſoit en l'air des lueurs, comme de ces exhalaiſons enflammées, qui s'élevent la nuit durant les plus grandes chaleurs de l'été; & parce qu'elles s'étendoient bien-loin du côté de l'armée de Darius, ils crurent que c'étoit les feux de ſon camp, & qu'ils étoient tombés imprudemment dans les corps-de-garde avancés : si Mazée, qui gardoit le paſſage, fût venu les charger à ce moment, ils ne pouvoient éviter de recevoir un grand échec, mais il ſe tint ſans rien faire ſur la hauteur qu'il avoit occupée, ſe contentant de n'être point attaqué. Alexandre voyant ce grand effroi de ſes troupes, leur commande de mettre les armes bas & de ſe repoſer, leur remontrant, *que leur terreur eſt vaine, & l'ennemi loin de là.* La terreur ſe dissipant, ils reprirent avec les armes, leur premiere ardeur. On trouva qu'il n'y avoit point de meilleur expédient pour lors, que de camper en ce même lieu, & de ſe bien retrancher.

Le lendemain Mazée, qui s'étoit logé avec quelque cavalerie d'élite ſur une haute colline, d'où l'on découvroit le camp des Macédoniens, s'en retourna vers Darius, ſoit qu'il craignît, ou qu'il n'eût été envoyé que pour faire la découverte. Les Macédoniens ſe ſaisirent aussi-tôt de ce poſte, qui leur étoit plus

tenebat natio majoris Armeniæ, Cadusiique, Cappadoces, & Syri, & Medi. His quoque falcati currus erant quinquaginta. Summa totius exercitus, equites quadraginta quinque millia: pedeſtris acies ducenta millia expleverat. Hoc modo inſtructi decem ſtadia procedunt: jussique ſubsiſtere, armati hoſtem expectabant.

Alexandri exercitum pavor, cujus causa non ſuberat, invasit: quippe lymphati trepidare cœperunt, omnium pectora occulto metu percurrente. Cœli fulgor tempore æſtivo ardenti similis internitens, ignis præbuit ſpeciem; flammasque ex Darii caſtris ſplendere, velut illati temere præsidiis, credebant. Quod si perculsis Mazæus, qui præsidebat itineri, ſupervenisset, ingens clades accipi potuit Ille ſegnis in eo quem occupaverat tumulo ſedet: contentus non lacessi. Alexander, cognito pavore exercitus, *signum ut consiſterent dari; ipsos arma deponere, ac levare corpora* jubet: admonens: *nullam ſubiti causam esse timoris; hoſtem procul ſtare.* Tandem compotes ſui pariter arma & animos recepere. Nec quidquam ex præsentibus tutius visum eſt, quam eodem loco caſtra munire.

Poſtero die Mazæus, qui cum delectis equitum in edito colle, ex quo Macedonum proſpiciebantur caſtra, consederat; sive metu, sive quia *ſpeculari modo* jussus erat, ad Darium rediit. Macedones eum ipsum collem,

quem deseruerat, occupaverunt: nam & tutior planitie erat; & inde acies hostium, quæ in campo explicabatur, conspici poterat. Sed caligo, quam circa humidi effuderant montes, universam quidem rei faciem non abstulit: ceterum agminum discrimina atque ordinem prohibuit perspici. Multitudo inundaverat campos: fremitusque tot millium etiam procul stantium aures impleverat. Fluctuari animo rex, & modo suum, modo Parmenionis consilium sera æstimatione perpendere. Quippe eo ventum erat, unde recipi exercitus nisi victor, sine clade non posset. (Movebat etiam eum multitudo hostium, respectu paucitatis suæ gentis: sed interdum reputabat, quantas res cum hac gente gessisset, quantosque populos fudisset. Itaque, cum spes metum vinceret, periculosius bellum differre ratus, ne desperatio suis cresceret;) dissimulato eo, *mercenarium equitem ex Pæonia præcedere* jubet. Ipse phalangem, sicut antea dictum est, in duo cornua extenderat: utrumque cornu equites tegebant. Jamque nitidior lux, discussa caligine, aciem hostium ostenderat: & Macedones, sive alacritate, sive tædio expectationis, ingentem, pugnantium more, edidere clamorem. Redditus & a Persis, nemora vallesque circumjectas terribili sono impleverat. Nec jam contineri Macedones poterant, quin cursu quoque ad hostem contenderent. Melius adhuc ratus in eodem tumulo castra munire; vallum jaci jussit: strenueque opere perfecto,

avantageux

avantageux & plus sûr que la plaine, & d'où ils pouvoient connoître le champ de bataille, & l'ordonnance des ennemis. Les brouillards répandus aux environs par l'humidité des montagnes, ne laissoient voir les troupes qu'en gros, sans qu'on pût discerner distinctement les rangs ni l'ordre selon lequel elles étoient disposées. Cette multitude couvroit toute la campagne, & le bruit épouvantable & confus de tant de milliers d'hommes étourdissoit même les plus éloignés. Ce fut alors que le Roi commençant à revenir un peu de cette grande assurance qu'il avoit toujours témoignée, balançoit en lui-même tantôt son avis, & tantôt celui de Parménion; mais il n'étoit plus temps de délibérer, on s'étoit si avancé, qu'il falloit ou vaincre ou mourir. Le grand nombre des ennemis comparé à celui de ses troupes, l'étonnoit d'abord; il se rassuroit quand il se rappelloit combien de belles actions il avoit faites, & combien de peuples il avoit vaincus avec cette poignée de soldats. L'espérance surmonta la crainte, il jugea qu'il ne falloit plus différer le combat, de peur que le désespoir de ses soldats ne s'accrût, & sans donner aucun signe de son inquiétude il fait avancer la cavalerie des Péoniens à sa solde. Il avoit, comme j'ai dit, étendu sa phalange en deux aîles, couvertes de la cavalerie. Cependant, le brouillard étant tombé, un beau jour fit voir tout à découvert l'armée de Darius; à cette vûe les Macédoniens, soit d'allégresse, ou ennuyés d'une si longue attente, jetterent un grand cri, comme des gens qui vont à la charge. Les Perses leur ayant répondu, remplirent d'un bruit effroyable les forêts & les vallons d'alentour; l'on ne pouvoit plus contenir les Macédoniens qui vouloient courir au combat. Alexandre trouvant plus à propos de se fortifier encore sur cette éminence, fit faire des retranchements, & le travail achevé en peu de temps, il se retira dans sa tente, d'où il découvroit à plein toute l'armée ennemie.

Chap. XIII. Il voyoit devant ſes yeux l'image toute entiere du péril où il alloit s'engager ; les hommes & les chevaux étoient remarquables par l'éclat des armes riches & ſuperbes ; l'action des chefs courants çà & là par les rangs, montroit le ſoin qu'ils avoient de donner ordre à tout, & d'encourager les troupes ; pluſieurs choſes, mêmes les moins propres à faire impression, comme le bruit des hommes & des chevaux, le ſon des trompettes, l'éclat des armes qui jettoient comme des éclairs, lui agitoient l'eſprit déja plein de trouble & de ſouci pour l'événement d'une si grande journée. Soit qu'il ne ſçût quel parti prendre, ou qu'il voulût ſonder les siens, il aſſemble ſon conſeil, pour ſçavoir ce qu'il ſeroit plus à propos de faire. Parménion, le plus entendu & le plus expérimenté de tous dans l'art militaire, étoit d'avis d'une ſurpriſe, plutôt que d'une bataille ouverte ; il diſoit : *Qu'une multitude compoſée de tant de nations différentes & de mœurs & de langage, pouvoit être opprimée en une nuit, & quelle apparence que des gens attaqués à l'imprévu & dans un profond ſommeil, ſe puſſent rallier parmi les ténébres, & dans une si vive allarme : que si on les combattoit en plein jour, on s'étonneroit d'abord à la rencontre de ces viſages terribles des Scythes & des Bactriens, de leurs barbes hériſſées, de leurs longs cheveux pendants, & de ces lourdes maſſes de corps de ſtature si énorme ; que ces ſortes de choſes, quoique légères, faiſoient bien ſouvent plus d'impression ſur l'eſprit du ſoldat, qu'un juſte ſujet de crainte ; qu'au reſte, leur petit nombre pouvoit être aiſément enveloppé par une si grande multitude, & qu'il ne s'agiſſoit plus de combattre dans les rochers de la Cilicie, & en des lieux inaccessibles, mais dans une campagne unie & ouverte de tous côtés.*

Preſque tous étoient du ſentiment de Parménion ; Polypercon ſoutenoit que la victoire dépendoit de ce conſeil. Le Roi tournant les yeux vers lui, pour

n tabernaculum, ex quo tota acies hoſtium :onspiciebatur, ſecessit.

Cap. XIII. Tum vero universa futuri liscriminis facies in oculis erat: armis insigni-ɩus equi virique ſplendebant: & omnia inten-iore cura præparari apud hoſtem, ſollicitudo ɩrætorum agmina ſua interequitantium oſten-lebat. Ac pleraque inania; sicut fremitus ho-ɩinum, equorum hinnitus, armorum interni-entium fulgor, ſollicitam exspectatione men-em turbaverant. Igitur sive dubius animi, si-'e ut ſuos experiretur; consilium adhibet: uid optimum factu esset, exquirens. Parme-io, peritissimus inter duces artium belli, fur-o, non prælio opus esse censebat: intem-ɩeſta nocte opprimi posse hoſtes. *Discordes ɩoribus, linguis; ad hæc ſomno & improviso pe-iculo territos, quando in nocturna trepidatione oïturos? At interdiu primum terribiles occursu-as facies Scytharum Bactrianorumque: hirta llîs ora, & intonsas comas esse; præterea exi-ɩiam vaſtorum magnitudinem corporum. Vanis & inanibus militem magis quam juſtis formidi-ɩis causis moveri. Deinde tantam multitudinem ircumfundi paucioribus posse. Non in Cilicia ɩnguſtiis, & inviis callibus; ſed in aperta & ata planitie dimicandum fore.*

Omnes ferme Parmenioni assentiebant: Po-ypercon haud dubie in eo consilio positam victoriam arbitrabatur. Quem intuens rex;

namque Parmenionem nuper acrius quam ve let increpitum, rursus castigare non sustin bat: *latrunculorum*, inquit, *& furum ista* *lertia est, quam præcipitis mihi: quippe illoru votum unicum est fallere. Meæ vero gloriæ sen per aut absentiam Darii, aut angustias locorum aut furtum noctis obstare non patiar; palam lu aggredi certum est. Malo me fortunæ pœnitea quam victoriæ pudeat. Ad hæc illud quoque a cedit, vigilias agere barbaros, & in armis st re, ut ne decipi quidem possint, compertum h beo. Itaque ad prælium vos parate.* Sic incitat ad corpora curanda dimisit. Darius illu quod Parmenio suaserat, hostem facturu esse conjectans; *frenatos equos stare, magna que exercitus partem in armis esse, ac vigil intentiore cura servari* jusserat. Ergo ignit tota ejus castra fulgebant. Ipse cum ducit propinquisque agmina in armis stantium (cumibat; *Solem mithren, sacrumque & æt num* invocans *ignem, ut illis dignam vet gloria majorumque monumentis fortitudinem i pirarent. Et profecto, si qua divinæ opis augu humana mente concipi possent; Deos stare secu Illos nuper Macedonum animis subitam inc sisse formidinem: adhuc lymphatos ferri agiq arma jacientes: expetere præsides Persarum i perii Deos debitas e vecordibus pœnas. Nec ips ducem saniorem esse. Quippe ritu ferarum p dam modo, quam expeteret, intuentem; in p niciem, quæ ante prædam posita esset, inc rere,*

ne pas mortifier encore Parménion, qu'il avoit traité, peu de temps avant, avec plus d'aigreur qu'il n'eût désiré : *L'avis que vous donnez, dit-il, peut être utile à des voleurs ; leur ressource est dans la ruse. Je ne puis souffrir que tantôt l'absence de Darius, tantôt l'avantage des lieux, & à présent une victoire dérobée à la faveur de la nuit, me ravissent une partie de ma gloire, ou la rende moins parfaite ; je veux que le soleil en soit témoin. J'aime mieux être dans le cas de me plaindre de ma fortune, que de rougir de ma victoire. Je suis instruit que les Barbares font bonne garde, & qu'étant sous les armes, nous penserions en vain à les surprendre. Préparez-vous au combat.* Après les avoir animés par ces paroles, il les renvoya prendre quelque repos. Darius s'imaginant que l'ennemi ne manqueroit pas de faire ce que Parménion avoit proposé, commanda, *qu'on tint les chevaux en état, qu'une grande partie de l'armée fût sous les armes, & qu'on renforçât les gardes.* Tout son camp étoit éclairé de feux, & lui-même alloit en personne avec les chefs & les Princes, visiter les troupes qui étoient en faction, & invoquant le Soleil qu'ils appellent *Mithrés, & le feu éternel & sacré, afin qu'il leur inspirassent une ardeur de courage digne de leur ancienne gloire, & de la réputation de leurs ancêtres ;* il ajoûtoit, *que si l'esprit humain étoit capable de concevoir les présages de l'assistance divine, ils devoient croire que les Dieux étoient pour eux, qu'ils avoient jetté depuis peu une soudaine frayeur dans l'ame des Macédoniens, qui couroient encore ça & là comme des furieux, quittant leurs armes & abandonnant leurs rangs ; que les Dieux qui présidoient à l'Empire des Perses alloient prendre une sévere vengeance de ces insensés, dont le Chef n'étoit pas plus sage qu'eux, puisqu'à la façon des bêtes sauvages, il ne regardoit qu'à la proie qu'il poursuivoit, & venoit brutalement donner dans le piége qui lui étoit tendu.*

On n'étoit pas moins inquiet dans le camp d Macédoniens : ils passerent la nuit parmi les frayeu & les alarmes, comme si elle eût été assignée po la bataille. Alexandre même qui ne s'étoit jama senti ébranlé, fit venir Aristandre pour avoir recou aux prieres & aux vœux. Ce Devin revêtu d'ur robe blanche, portant de la verveine en sa main & ayant la tête voilée, dictoit au Roi les prieres so lemnelles qu'il adressoit à Jupiter & aux Déess Minerve & Victoire, afin de se les rendre favora bles. Le Sacrifice achevé, le Roi se retire dans s tente pour reposer le reste de la nuit ; mais il n'e pas en son pouvoir de fermer les yeux : tantôt il s propose de fondre du haut de la colline avec tout ses forces sur l'aîle droite de l'ennemi, tantôt de l choquer de front ; puis il doute s'il ne fera poin mieux de le charger sur la gauche, jusqu'à ce qu'en fin, le corps abattu des inquiétudes de l'esprit, i est accablé d'un profond sommeil. Le jour com mençoit à paroître, & les Chefs assemblés pou prendre ses ordres, étoient étonnés du silence qu'i y avoit autour de sa tente ; en d'autres temps c'éto lui qui avoit coûtume de les appeller, & qui faiso souvent d'assez rudes réprimandes aux paresseux. I ne pouvoient comprendre qu'en un péril si pressant & où il y alloit de tout, il dormoit encore ; ils s'i maginoient que la peur, & non-pas le sommeil le tenoit renfermé, & l'empêchoit de paroître. Au cun des gardes n'osoit entrer : cependant le temp pressoit, & les soldats ne pouvoient prendre leur armes ni leurs rangs, sans le commandement du Général. Parménion, après avoir long-temps at- tendu, leur ordonne enfin d'aller prendre quelqu nourriture, & voyant qu'il n'y avoit plus à différer, il entre dans sa tente, l'appelle plusieurs fois, & comme il ne répondoit point, le pousse & l'éveille. *Seigneur*, lui dit-il, *il est grand jour, voilà vos en- nemis en bataille qui viennent à nous, & vos soldats attendent vos commandements : n'avez-vous donc*

Similis apud Macedones quoque sollicitudo erat : noctemque, velut in eam certamine edicto, metu egerunt. Alexander, non alias magis territus, ad vota & preces Aristandrum vocari jubet. Ille in candida veste verbenas manu præferens, capite velato præibat preces regi, Jovem, Minervam Victoriamque propitianti. Tunc quidem sacrificio rite perpetrato, reliquum noctis acquieturus in tabernaculum rediit. Sed nec somnum capere, nec quietem pati poterat. Modo e jugo montis aciem in dextrum Persarum cornu demittere agitabat; modo recta fronte concurrere hosti : interdum hæsitare, an potius in lævum torqueret agmen? tandem gravatum animi anxietate corpus altior somnus oppressit. Jamque luce orta duces ad accipienda imperia convenerant; insolito circa prætorium silentio attoniti. Quippe alias accersere ipsos, & interdum morantes castigare assueverat; tunc ne ultimo quidem rerum discrimine excitatum esse mirabantur; & non somno quiescere, sed pavore marcere credebant. Non tamen quisquam e custodibus corporis intrare tabernaculum audebat : & jam tempus instabat; nec miles injussu ducis, aut arma capere poterat, aut in ordines ire. Diu Parmenio cunctatus, cibum ut caperent, ipse pronuntiat. Jamque exire necesse erat : tunc demum intrat tabernaculum; sæpiusque nomine compellatum, cum voce non posset, tactu excitavit. *Multa lux*, inquit, *est*, *instructam aciem*

hostis admovit : tuus miles adhuc inermis exspectat imperium. Ubi est vigor ille animi tui? nempe excitare vigiles soles. Ad hæc Alexander; *credisne, me prius somnum capere potuisse, quam exonerarem animum sollicitudine, quæ quietem morabatur? signumque pugnæ tuba dari* jussit. Et cum in eadem admiratione Parmenio perseveraret (*quod securus somnum cepisset*) *minime*, inquit, *mirum est. Ego enim, cum Darius terras ureret, vicos excideret, alimenta corrumperet, potens mei non eram : nunc vero quid metuam, cum acie decernere paret? Herculè votum meum implevit. Sed hujus quoque consilii ratio postea reddetur, vos ite ad copias, quibus quisque præest. Ego jam adero, & quid fieri velim, exponam.*

Raro admodum admonitu amicorum, cum metus discriminis aderat, uti solebat. Tunc quoque munimento corporis sumpto processit ad milites. Haud alias tam alacrem viderant regem : & vultu ejus interrito, certam spem victoriæ augurabantur. Atque ille prorupto vallo exire copias jubet, aciemque disponit. In dextro cornu locati sunt equites, quos *agema* appellant. Præerat his Clitus : cui junxit Philotæ turmas, ceterosque præfectos equitum lateri ejus applicuit. Ultima Meleagri ala stabat : quam phalanx sequebatur. Post phalangem Argyraspides erant. His Nicanor Parmenionis filius præerat. In subsidiis cum manu sua Cœnos : post eum Orestes Lyncestesque. Post illos Polypercon, dux peregrini

plus la même activité ? c'est vous qui avez coûtume d'éveiller vos gardes. Alexandre, sans s'émouvoir, lui répond : *Pensez-vous que j'ai pû dormir, que je ne me sois déchargé l'esprit du soin qui empêchoit mon repos ?* & en même-temps il fit donner le signal du combat. Parménion étoit surpris de lui entendre dire, que délivré de soin, il avoit dormi tranquillement. *Ne vous en étonnez point*, dit-il, *car lorsque Darius faisoit le dégât, & désoloit tout, j'avoue que je n'étois pas à moi ; mais aujourd'hui qu'il se résout d'en venir à une bataille, qu'ai-je plus à craindre ? mes souhaits sont accomplis, je m'en expliquerai une autre fois ; que chacun se rende à son drapeau ; je vous suis ; je vais donner mes ordres.*

Il ne s'armoit que très-rarement, & plutôt à la priere de ses amis, que par la crainte d'aucun danger ; mais alors il prit ses armes, & vint trouver ses troupes. Jamais elles ne l'avoient vû si guai, ni si résolu, & de cet air assuré elles tiroient un augure infaillible de la victoire. Après avoir fait abattre ses retranchements, il sort avec son armée & la range en bataille. A la droite il met des cavaliers choisis, qu'ils appellent *agéma*, commandés par Clitus ; il leur joint les troupes de Philotas, & à côté de lui tous les autres régiments de cavalerie, dont Méléagre conduisoit le dernier escadron, suivi de la phalange. Les Argiraspides suivoient sous la charge de Nicanor fils de Parménion, renforcés des troupes de Cœnus. Les Orestes & les Lyncistes, peuples belliqueux, marchoient ensuite près de Polypercon & de Simmias conducteur des bandes étrangeres en l'absence d'Amyntas leur Colonel. Philage menoit les Balacrisiens, nouveaux alliés d'Alexandre. Cette aîle étoit ainsi disposée. A la gauche étoit la ca-

valerie du Pélopponese, conduite par Cratere. Il avoit avec lui les troupes d'Achaïe, de Locres & de Malée, & pour derniere bande les gendarmes Thessaliens, sous la conduite de Philippe. L'infanterie étoit couverte de la cavalerie, & pour s'empêcher d'être enveloppé par la multitude, il avoit mis un puissant corps de réserve derriere son arriere-garde; il avoit aussi jetté de la cavalerie sur les aîles, non pas de front, mais de côté, afin que si l'ennemi venoit à les investir, ils fussent toujours en état de combattre. Ce fut où il plaça les Agriens, commandés par Attalus, avec les archers de Créte. Il voulut que les derniers rangs tournassent le dos aux premiers, & qu'ainsi toute l'armée fût fortifiée en rond. Là étoient les Illyriens & les étrangers qu'il avoit à sa solde, avec les Thraces armés à la légere. Enfin son armée pouvoit se prêter si facilement aux différentes évolutions, que les derniers, pour n'être pas enfermés, pouvoient tourner le visage & faire tête par-tout; desorte que le front n'étoit point mieux garni que les flancs, ni les flancs que la queue. Ces troupes ainsi disposées, il ordonna, *que si les Barbares poussoient leurs chariots armés de faulx, avec grand bruit, ils les reçussent en silence, s'ouvrant par le milieu & serrant leurs files; si on ne s'y oppose point*, leur dit-il, *ils ne feront assurément aucun dommage; mais s'ils viennent sans bruit, jettez de grands cris pour épouvanter les chevaux; dans cette épouvante, il faut leur donner de part & d'autre du javelot dans les flancs.* Ceux qui conduisoient les aîles avoient ordre de les étendre, mais de sorte, néanmoins, que l'on ne pût les envelopper si elles étoient trop serrées, & que l'on ne dégarnît point trop aussi le corps de bataille. Il mit

militis, hujus agminis Amyntas princeps erat. Philagus Balacros regebat, in ſocietatem nuper adscitos. Hæc dextri cornu facies erat. In lævo, Craterus Pelopponensium equites habebat Achæorumque; & Locrensium, & Maleon turmis sibi adjunctis. Hos Thessali equites claudebant, Philippo duce. Peditum acies equitatu tegebatur. Frons lævi cornu hæc erat. Sed ne circumiri posset a multitudine, ultimum agmen valida manu cinxerat. Cornua quoque ſubsidiis firmavit, non recta fronte, ſed a latere positis: ut, si hoſtis circumvenire aciem tentasset, parata pugnæ forent. Hîc Agriani erant, quibus Attalus præerat; adjunctis ſagittariis Cretensibus. Ultimos ordines avertit a fronte, ut totam aciem orbe muniret. Illyrii hîc erant; adjuncto milite mercede conducto. Thracas quoque simul objecerat leviter armatos. Adeoque aciem versatilem poſuit, ut, qui ultimi ſtabant, ne circumirentur; verti tamen, & in frontem circumagi possent. Itaque non prima quam latera; non latera munitiora fuere, quam terga. His ita ordinatis, præcipit *ut, si falcatos currus cum fremitu barbari emitterent; ipsi laxatis ordinibus impetum occurrentium silentio exciperent:* haud dubius sine noxa transcursuros, si nemo ſe opponeret. *Sin autem sine fremitu immisissent; eos ipsi clamore terrerent; pavidosque equos telis utrimque ſuffoderent. Qui cornibus præerant, extendere ea jussi; ita ut nec circumvenirentur, si*

arctius ſtarent ; nec tamen mediam aciem exinanirent. Impedimenta cum captivis, inter quos mater liberique Darii cuſtodiebantur, haud procul acie in edito colle conſtituit ; modico præsidio relicto. Lævum cornu, sicut alias, Parmenioni tuendum datum : ipse in dextro ſtabat.

Nondum ad teli jactum pervenerant ; cum Bion quidam transfuga, quanto maximo curſu potuerat, ad regem pervenit : nuntians, *murices ferreos in terram defodisse Darium, qua hoſtem equites emissurum esse credebat : notatumque certo signo locum, ut fraus evitari a ſuis posset.* Asservari transfuga jusso, duces convocat : expositoque quod nuntiatum erat, monet ; ut regionem monſtratam declinent, equitemque periculum edoceant. Ceterum, hoc tantus exercitus exaudire non poterat ; usum aurium intercipiente fremitu duorum agminum : ſed in conspectu omnium duces & proximum quemque interequitans alloquebatur.

CAP. XIV. » Emensis tot terras in ſpem » victoriæ, de qua dimicandum foret, hoc » unum ſuperesse discrimen. Granicum hic » amnem, Ciliciæque montes, & Syriam Æ- » gyptumque præeuntibus raptas, ingentia » ſpei gloriæque incitamenta, referebat. Re- » prehensos ex fuga Persas pugnaturos, quia » fugere non possent. Tertium diem jam me- » tu exsangues, armis ſuis oneratos, in eo- » dem veſtigio hærere. Nullum desperationis

le bagage & les prisonniers, entre lesquels étoient la mere & les enfans de Darius, assez près du champ de bataille sur un côteau, avec peu de gardes. Parménion, selon sa coûtume, commandoit l'aîle gauche, & le Roi prit pour lui la droite.

Ils n'étoient pas encore à la portée du trait, qu'un transfuge nommé Bion, accourut promptement avertir Alexandre, *que Darius avoit caché sous terre des chausses-trapes de fer du côté qu'il croyoit que l'ennemi donneroit, & en avoit fait marquer les endroits pour en garantir les siens.* Le Roi s'étant assuré de cet homme, en avertit ses Capitaines, afin qu'ils se détournent du chemin qu'on devoit leur montrer, & que cet avis passe de main en main parmi la cavalerie. Cependant il traversoit à cheval les bataillons & les escadrons, & parloit aux Capitaines & à ceux qui étoient les plus proches.

CHAP. XIV. » Après avoir tant couru de pays » & de hazards, dans l'espérance d'obtenir la vic» toire pour laquelle nous allons combattre, il ne » nous reste plus que ce seul péril à essuyer. Le fleu» ve du Granique, les montagnes de la Cilicie, la » Syrie & l'Egypte, enlevées à ceux que nous avons » en tête, nous sont des puissants aiguillons de gloi» re, & des gages assurés du gain de la bataille; les » Perses ayant pris la fuite dans leur derniere défai» te, ne sont plus là que comme des esclaves fugi» tifs qu'on a repris & ramenés à la maison; ils ne » combattront, que parce qu'ils ne pourront plus » fuir; c'est déja le troisiéme jour que saisis de » crainte, toujours sous les armes, ils ne changent » point d'une place; il ne faut point de meilleure » preuve de leur désespoir, que de voir qu'ils brû-

» lent leurs villes, & déſolent leurs champs; ils » avouent par là que tout ce qu'ils laiſſent entier, » eſt à l'ennemi : ne vous effrayez pas ſeulement de » ces noms vains & bizarres des nations inconnues, » il importe peu quand il s'agit de la guerre, de » ſçavoir qui ſont ceux qu'on appelle Scytes ou Ca-» dusiens; de ce qu'ils ne ſont pas connus, on peut » juger quels hommes ils doivent être; les peuples » belliqueux ſont toujours renommés, mais ces mi-» ſérables, qu'on a arrachés de leurs tanieres, n'ont » rien apporté de formidable au combat, que leurs » noms. Les Macédoniens peuvent ſe vanter de s'ê-» tre acquis cet avantage par leur valeur, qu'il n'y » a pas de terre habitable que leur gloire n'ait rem-» pli, & où le bruit de ces foudres de guerre ne re-» tentiſſe. Conſidérez comme cette troupe confuſe » des Barbares eſt compoſée; l'un n'a rien qu'un » javelot, l'autre qu'une fronde, & peu ſont four-» nis d'armes propres & complettes: ils ont plus » d'hommes, & nous avons plus de ſoldats. Au reſ-» te, je ne vous prie point de vous comporter vail-» lamment, si moi-même je ne vous en montre » l'exemple; je vous promets de combattre à la » tête des enſeignes; autant de bleſſures que je re-» cevrai, ſeront autant d'ornements. Vous n'igno-» rez pas que je ſuis le ſeul qui ne prend point de » part au butin commun de l'armée; mais j'emploi » tous les fruits de la victoire à vous faire du bien, » & à mériter votre bienveillance. Enfin, je crois » parler aux plus vaillants hommes de la terre; » mais si parmi vous il s'en trouve quelques-uns qui » ne ſoient pas de ce nombre, qu'ils ſe ſouviennent » qu'ils ſont dans une position où il ne faut plus » ſonger à la fuite, & qu'après avoir traverſé tant » de Provinces, laiſſé tant de fleuves & tant de » montagnes derriere eux, ils ne doivent pas eſ-» pérer de s'en retourner en leurs pays, à moins » que de s'en ouvrir le chemin à la pointe de l'é-» pée «. Ce fut ainsi qu'il encouragea les chefs & les ſoldats des premiers rangs.

» illorum majus indicium esse, quam quod ur-
» bes, quod agros ſuos urerent : quidquid non
» corrupissent, hoſtium esse confessi. Nomi-
» na modo vana gentium ignotarum ne exti-
» mescerent. Neque enim ad belli discrimen
» pertinere, qui ab his Scythæ, quive Cadu-
» sii appellentur. Ob id ipsum, quod ignoti
» essent, ignobiles esse. Nunquam ignorari
» viros fortes : at imbelles, ex latebris ſuis
» erutos, nihil præter nomina afferre. Mace-
» dones virtute assecutos, ne quis toto orbe
» locus esset, qui tales viros ignoraret. Intue-
» rentur barbarorum inconditum agmen : a-
» lium nihil præter jaculum habere ; alium
» funda ſaxa librare : paucis juſta arma esse.
» Itaque illinc plures ſtare : hinc plures dimi-
» caturos. Nec poſtulare ſe, ut fortiter ca-
» pesserent prælium, ni ipse ceteris fortitudi-
» nis fuisset exemplum. Se ante prima signa
» dimicaturum. Spondere pro ſe, quot cica-
» trices, totidem corporis decora : ſcire ip-
» ſos, unum pene ſe prædæ communis exsor-
» tem, in illis colendis ornandisque usurpare
» victoriæ præmia. Hæc ſe fortibus viris dice-
» re. Si qui dissimiles eorum essent ; illa fuiſ-
» ſe dicturum : pervenisse eo, unde fugere
» non possent. Tot terrarum ſpatia emensis ;
» tot amnibus montibusque poſt tergum ob-
» jectis ; iter in patriam & penates manu esse
» faciendum «. Sic duces, sic proximi mili-
tum inſtincti ſunt.

Darius in lævo cornu erat; magno ſuorum agmine, delectis equitum peditumque ſtipatus: contemseratque paucitatem hoſtis; vanam aciem esse, extentis cornibus ratus. Ceterum, sicut curru eminebat, dextra lævaque ad circumſtantium agmina oculos manuſque circumferens; » Terrarum, *inquit*, quas » Oceanus hinc alluit, illinc claudit Helleſ» pontus, paulo ante domini, jam non de « gloria, ſed de ſalute, &, quod ſaluti præ» ponitis, de libertate pugnandum eſt. Hic » dies imperium, quo nullum amplius vidit æ» tas, aut conſtituet, aut finiet. Apud Grani» cum minima virium parte cum hoſte certa» vimus: in Cilicia victos Syria poterat exci» pere: magna munimenta regni Tigris atque » Euphrates erant. Ventum eſt eo, unde pul» sis ne fugæ quidem locus eſt. Omnia tam » diutino bello exhauſta poſt tergum ſunt: » non incolas suos urbes; non cultores ha» bent terræ. Conjuges quoque & liberi ſe» quuntur hanc aciem: parata hoſtibus præ» da, nisi pro carissimis pignoribus corpora » opponimus. Quod mearum fuit partium; » exercitum, quem pene immensa planities » vix caperet, comparavi: equos, arma diſ» tribui: commeatus, ne tantæ multitudini » deessent, providi: locum, in quo acies ex» plicari posset, elegi. Cetera in veſtra po» teſtate ſunt: audete modo vincere; fa» mamque, infirmissimum adversus fortes vi» ros telum, contemnite. Temeritas est, quam

Darius conduisoit son aîle gauche, environné de l'élite de sa cavalerie & de son infanterie, & se moquoit du petit nombre des Macédoniens, s'imaginant que leurs aîles ainsi étendues, laisseroient leur corps de bataille dégarni. Elevé sur son char, tournant les yeux & les mains de tous côtés vers ses troupes qui étoient autour de lui, il leur parla de cette sorte. » Nous étions, il n'y a pas long-temps, » maîtres de toutes les terres que l'Océan baigne » d'un côté, & que l'Hellespont embrasse de l'au- » tre, nous sommes aujourdhui réduits à combat- » tre, non plus pour la gloire, mais pour la vie, & » ce qui vous est plus cher que la vie, pour la liber- » té. Voici le jour fatal qui doit affermir ou renver- » ser le plus grand Empire qui fut jamais. Ce ne fut » qu'avec la moindre partie de nos forces que nous » combatîmes au Granique. Après la perte que nous » reçûmes en Cilicie, la Syrie nous pouvoit servir » de retraite; nous tenions encore le Tygre & l'Eu- » phrate, deux puissants boulevards de ce Royau- » me; mais enfin, nous en sommes venus à ce » point, que nous ne sçaurions même où fuir. La » longueur de la guerre a consumé tout ce qui est » derriere nous; les villes n'ont plus d'habitants, ni » campagnes de laboureurs, & tout est ramassé » dans cette armée. Vos femmes mêmes, & vos en- » fans, se traînent après nous, & c'est autant de bu- » tin pour l'ennemi, si nos corps ne leur servent de » rempart. J'ai satisfait à tout ce qui étoit de mon » devoir: j'ai assemblé une si nombreuse & si pro- » digieuse armée, qu'à peine ces campagnes si vas- » tes sont-elles capables de la contenir; j'ai fourni » armes & chevaux; j'ai donné ordre que les vivres » & les munitions ne manquassent point à une si » grande multitude: enfin, j'ai choisi un lieu pro- » pre pour la ranger en bataille. Désormais le reste » dépend de vous, il vous faut vaincre & mépriser » la réputation des ennemis, qui est de toutes les » armes la plus foible contre des gens courageux.

» Sçachez que ce que vous avez redouté jusqu'ici
» comme un prodige de force, n'est qu'une pure
» témérité, qui n'a pas si-tôt jetté son feu, que
» semblable à ces animaux qui ont laissé leur ai-
» guillon, elle ne fait plus que languir. Au reste,
» ces plaines nous découvrent le petit nombre que
» les montagnes de la Cilicie nous avoient caché.
» Voyez comme leurs rangs sont clairs & mal-four-
» nis, comme leurs aîles sont éfilées, & leur corps
» de bataille épuisé : j'apprends que ceux qu'il a mis
» à l'arriere-garde, nous tournent déja le dos, com-
» me pour se préparer à la fuite. Je ne veux que
» mes chariots armés de faulx pour les renverser.
» Si nous gagnons cette bataille, tout est gagné,
» & la guerre est finie, puisque toute espérance de
» fuir leur est retranchée aussi-bien qu'à nous : le
» Tygre & l'Euphrate les tiennent enfermés. Ajoû-
» tez que ce qui leur étoit favorable auparavant, a
» maintenant comme changé de parti, & leur est
» devenu contraire ; nous avons une armée légere
» & aisée à mouvoir, la leur est pesante & chargée
» de butin ; dès que nous les trouverons embarras-
» sés de nos dépouilles, il nous sera facile de les
» tailler en piéces : ainsi une même chose sera & la
» cause & le fruit de la victoire. S'il y a quelqu'un
» parmi vous à qui le nom de cette nation belli-
» queuse donne de la terreur, qu'il se souvienne que
» ce sont bien là les armes & les enseignes des Ma-
» cédoniens, mais non-pas leurs personnes ; il y a
» eu déja bien du sang de répandu des deux côtés,
» & vous sçavez qu'en un petit nombre, pour pe-
» tite que soit la perte, elle est toujours grande &
» considérable. Quelque grand & terrible que les lâ-
» ches se figurent Alexandre, ce n'est qu'un hom-
» me, & encore, si vous m'en croyez, un bru-
» tal, un étourdi, plus heureux jusqu'ici par notre
» frayeur que par sa valeur. Souvenez-vous que
» tout ce qui manque de conduite, ne sçauroit être
» de longue durée ; quoique la fortune semble le

» adhuc pro virtute timuiſtis : quæ ubi pri-
» mum impetum effudit, velut quædam ani-
» malia amisso aculeo torpet. Hi vero campi
» deprehendere paucitatem , quam Ciliciæ
» montes absconderant. Videtis ordines ra-
» ros; cornua extenta; mediam aciem vanam
» & exhauſtam. Nam ultimi , quos locavit
» aversos, terga jam præbent. Obteri meher-
» cule equorum ungulis possunt; etiamsi nil
» præter falcatos currus emisero. Et bello vi-
» cerimus, si vincimus prælio : nam ne illis
» quidem ad fugam locus est. Hinc Euphra-
» tes; illinc Tigris prohibet inclusos. Et quæ
» antea pro illis erant, in contrarium conver-
» ſa ſunt. Noſtrum mobile & expeditum ag-
» men eſt; illud præda grave. Implicatos er-
» go ſpoliis noſtris trucidabimus: eademque
» res & causa victoriæ erit, & fructus. Quod
» si quem e vobis nomen gentis movet; cogi-
» tet, Macedonum illic arma esse, non cor-
» pora. Multum enim ſanguinis invicem hau-
» simus; & ſemper gravior in paucitate jac-
» tura est. Nam Alexander, quantuscumque
» ignavis & timidis videri poteſt; unum ani-
» mal eſt: &, si quid mihi creditis, temera-
» rium & vecors; adhuc noſtro pavore, quam
» ſua virtute felicius. Nihil autem poteſt esse
» diuturnum, cui non ſubeſt ratio. Licet feli-
» citas aſpirare videatur; tamen ad ultimum
» temeritati non ſufficit. Præterea breves &
» mutabiles vices rerum ſunt: & fortuna nun-
» quam simpliciter indulget. Forsitan ita Dii

» fata ordinaverunt, ut Persarum imperium; » quod secundo cursu per ducentos triginta » annos ad summum fastigium evexerant; ma- » gno motu concuterent magis, quam afflige- » rent: admonerentque nos fragilitatis huma- » næ, cujus nimia in prosperis rebus oblivio » est. Modo Græcis ultro bellum infereba- » mus: nunc in sedibus nostris propulsamus » illatum, jactamur invicem varietate fortu- » næ. Videlicet imperium, quod mutuo af- » fectamus, una gens non capit. Ceterum, » etiamsi spes non subesset; necessitas tamen » stimulare deberet: ad extrema perventum » est. Matrem meam; duas filias; Ochum in » spem hujus imperii genitum; illos princi- » pes; illam sobolem regiæ stirpis; duces » vestros regum instar, vinctos habet: nisi » quod in vobis est, ipse ego majore parte » captivus sum. Eripite viscera mea ex vincu- » lis: restituite mihi pignora, pro quibus ipse » mori non recuso; parentem, liberos, nam » conjugem in illo carcere amisi, credite, » nunc omnes tendere ad vos manus; implo- » rare patrios Deos; opem vestram, miseri- » cordiam, fidem exposcere; ut servitute, ut » compedibus, ut precario victu ipsos libe-

» ſuivre par-tout, ne doutez pas qu'à la fin elle ne ſe
» laſſe ; elle n'a pas dequoi fournir à une continuel-
» le témérité. Qui ſçait si les Dieux n'ont point ar-
» rêté dans leurs deſtinées, que l'Empire des Per-
» ſes, qu'ils ont si heureuſement élevé au comble
» de la gloire, durant le cours de deux cens trente
» ans, reçût ce grand choc, pour être non abat-
» tu, mais ſeulement ébranlé, afin de nous remet-
» tre en mémoire l'inſtabilité des choſes humaines,
» que nous oublions au milieu des grandes proſpé-
» rités ? Il n'y a pas long-temps que, pour le ſeul
» plaisir de faire la guerre, nous combattions con-
» tre les Grecs, & c'eſt à nous maintenant à repouſ-
» ſer celle qu'ils nous viennent faire chez nous.
» C'eſt ainsi que nous éprouvons tour à tour l'in-
» conſtance de la fortune, & que ni les Perſes ni
» les Grecs ne doivent eſpérer de parvenir à la Mo-
» narchie où aſpirent deux si puiſſants concurrens.
» Mais quand l'eſpérance de vaincre, qui nous eſt
» aſſurée, ne ſuffiroit pas pour nous inciter à bien
» faire, la nécessité ne nous y oblige que trop. Vous
» voyez à quelle extrémité nos affaires ſont rédui-
» tes : ma mere, mes deux filles, mon fils Ochus,
» l'héritier & l'eſpoir de cet Empire, ſont dans les
» fers. On les tient enchaînés ces glorieux rejet-
» tons de la tige royale : vos Princes, vos Chefs,
» qui ſont comme autant de Rois, tous gémiſ-
» ſent ſous une infame ſervitude. Enfin, la meil-
» leure partie de moi-même n'eſt plus à moi, &
» ſans l'eſpérance que j'ai en vous, je pourrois me
» regarder comme captif ? Tirez ma mere & mes
» enfants des liens ; car pour ma femme, hélas ! je
» l'ai perdue dans la priſon. Rendez-moi ces chers
» gages, pour leſquels je ne refuſe pas de mourir.
» Repréſentez-vous que tous enſemble ils vous ten-
» dent les mains, & qu'après avoir imploré les
» Dieux du pays, ils vous demandent votre aſſiſ-
» tance, votre compassion, votre foi, afin que
» vous rompiez leurs chaînes, & que vous les déli-

» vriez d'une si dure captivité, & d'une si honteuſe
» miſere. Peut-elle être plus grande, que de ne te-
» nir la vie que de la grace & de la diſcrétion d'un
» ennemi ? Comment penſez-vous qu'ils puiſſent
» ſupporter de ſe voir eſclaves de ceux dont ils dé-
» daignoient d'être les Rois ? Mais je vois les enne-
» mis qui s'avancent, & plus ils s'approchent, plus
» j'ai de choſes à vous dire pour vous animer au
» combat. Je vous prie donc, par les Dieux tuté-
» laires de cette Couronnne, par le feu éternel que
» l'on porte ſur les autels, pas la ſplendeur du So-
» leil qui naît dans l'enceinte de mon Royaume, &
» par la mémoire immortelle de Cyrus, qui ayant
» arraché cet Empire d'entre les mains des Médes
» & des Lydiens, l'a transferé le premier en celles
» des Perſes ; je vous prie, dis-je, & vous conjure
» par des choſes si ſacrées, de ſauver aujourdhui
» l'honneur de la Perſe, & de ne ſouffrir pas qu'un
» peuple si floriſſant ſoit flétri d'un éternel oppro-
» bre. Allez pleins d'allégreſſe & de confiance, &
» tranſmettez à vos ſucceſſeurs la gloire que vous
» avez reçue de vos ancêtres. Vous portez aujour-
» d'hui dans vos mains votre liberté, votre ſalut,
» & celui de la patrie : vous porrez toute l'eſpéran-
» ce de l'avenir. Le moyen d'éviter la mort dans le
» combat, c'eſt de la mépriſer ; qui la craint, la
» trouve. Du reſte, si vous me voyez ſur un cha-
» riot, ce n'eſt pas tant pour me conformer à la
» coûtume du pays, que pour m'expoſer à la vue
» de tout le monde ; quelque exemple que je vous
» donne de valeur ou de lâcheté, je ſuis content si
» vous faites comme moi, je ne vous demande que
» cela.



» retis. An creditis æquo animo iis ſervire, » quorum reges esse faſtidiunt ? Video admo- » veri hoſtium aciem : ſed quo propius discri- » men accedo ; hoc minus iis quæ dixi, poſ- » ſum esse contentus. Per ego vos Deos pa- » trios ; æternumque ignem, qui præfertur al- » taribus ; fulgoremque Solis intra fines regni » mei orientis ; per æternam memoriam Cyri, » qui ademtum Medis Lydisque imperium » primus in Persidem intulit : vindicate ab ul- » timo dedecore nomen gentemque Persarum. » Ite alacres & ſpe pleni, ut, quam gloriam » accepiſtis a majoribus veſtris, poſteris re- » linquatis. In dextris veſtris jam liberta- » tem, opem, ſpem futuri temporis geritis. » Effugit mortem, quisquis contemserit : ti- » midissimum quemque consequitur. Ipse non » patrio more ſolum, ſed etiam ut conspici » possim, curru vehor : nec recuso, quomi- » nus imitemini me, sive fortitudinis exem- » plum, sive ignaviæ fuero.

CAP. XV. Interim Alexander, ut & demonſtratum a transfuga insidiarum locum circumiret; & Dario, qui lævum cornu tuebatur, occurreret: agmen obliquum incedere jubet. Darius quoque eodem ſuum obvertit; Besso admonito, ut Massagetas equites in lævum Alexandri cornu a latere invehi juberet. Ipse ante ſe falcatos currus habebat: quos signo dato universos in hoſtem effudit. Ruebant laxatis habenis aurigæ, quo plures nondum ſatis proviso impetu obtererent. Alios ergo haſtæ multum ultra temones eminentes; alios ab utroque latere dimissæ falces laceravere. Nec ſensim Macedones cedebant; ſed effusa turbaverant fuga ordines.

Mazæus quoque perculsis metum incussit mille equitibus ad diripienda hoſtis impedimenta circumvehi jussis: ratus, captivos quoque, qui simul asservabantur, rupturos vincula, cum ſuos appropinquantes vidissent. Non ſefellerat Parmenionem, qui in lævo cornu erat: propere igitur Polydamanta mittit ad regem, qui & periculum oſtenderet, &, quid fieri juberet, consuleret. Ille audito Polydamante, *abi, nuntia*, inquit, *Parmenioni, si acie vicerimus, non noſtra ſolum nos recuperaturos; ſed omnia, quæ hoſtium ſunt, occupaturos. Proinde non eſt quod quidquam virium ſubducat ex acie: ſed ut me & Philippo patre dignum eſt, contemto ſarcinarum damno fortiter dimicet.*

CHAP. XV.

Chap. XV. Alexandre, pour éviter les embûches que Bion lui avoit découvertes, & pour rencontrer Darius, qui conduisoit l'aîle gauche de son armée, tiroit toujours sur la droite pour se présenter aux ennemis. Darius, de son côté, faisoit la même chose pour aller à lui; il avoit commandé à Bessus de charger en flanc l'aîle gauche d'Alexandre, avec la cavalerie des Messagetes. Il faisoit marcher devant lui les chariots armés de faulx, qu'il poussa tous à la fois au combat, dès que le signal fut donné. Les conducteurs lâchant les guides, vinrent avec la plus grande impétuosité qu'ils purent fondre sur les ennemis; leur dessein étoit, en les surprenant, de faire une plus grande ouverture. Le carnage fut horrible, les uns furent percés par les javelines, qui portoient leur pointe fort avant au-delà du timon, & les autres furent écrasés par les roues, ou sous les pieds des chevaux, & la plûpart mis en piéces par le tranchant des faulx qui pendoient des deux côtés. Enfin les Macédoniens furent contraints de céder à cette violence, non-pas en se retirant peu à peu, mais en prenant ouvertement la fuite, & en troublant tous les rangs.

A ce désordre, Mazée en ajoûta un autre; ayant fait passer trois mille chevaux par derriere, pour enlever le bagage de l'ennemi, sur l'espérance que les prisonniers qu'on gardoit au même quartier, romproient leurs chaînes quand ils verroient approcher leurs gens. Parménion qui commandoit l'aîle gauche, s'en apperçut, & envoya promptement Polydamas au Roi pour l'avertir du danger, & sçavoir ce qu'il vouloit que l'on fit. Le Roi ayant écouté Polydamas; *Va dire à Parménion*, lui répondit-il, *que si nous remportons la victoire, nous ne recouvrerons pas seulement ce qui est à nous, mais nous serons maîtres de tout ce qui est à l'ennemi; qu'il n'affoiblisse pas le corps de bataille, qu'il laisse le bagage, & ne s'occupe qu'à bien combattre, comme il le doit, pour ma gloire, & pour celle du Roi Philippe mon pere,*

Cependant les Barbares ſaccagent le camp, & tuent plusieurs des gardes. Les priſonniers ayant briſé leurs fers, s'arment de tout ce qu'ils rencontrent, & s'étant joints à leur cavalerie, ſe jettent ſur les Macédoniens, attaqués par dehors & par dedans; de-là ils courent pleins de joie, porter à Sisygambis la nouvelle *que Darius a vaincu; qu'il s'eſt fait un grand carnage des ennemis, & que même on a déja pillé leur bagage :* ils croyoient voir par-tout la fortune ſemblable, & que les Perſes aſſurés de la victoire, avoient couru au butin. Cette ſage Princeſſe, malgré ce que lui diſoient les priſonniers pour l'exciter à ſe réjouir, demeura toujours au même état où ils l'avoient trouvée; jamais il ne lui échappa une ſeule parole; jamais elle ne changea de couleur ni de contenance; mais elle ſe tint assiſe ſans ſe mouvoir, dans un maintien compoſé, comme si elle eût craint d'irriter la fortune par une joie précipitée; à la considérer attentivement, on n'eût ſçû juger à ſon viſage ce qu'elle déſiroit le plus.

Cependant Amyntas, Colonel de la cavalerie Macédonienne, étoit accouru avec peu de gens pour recouvrer le bagage; on ne ſçait si ce fut de ſon mouvement, ou par ordre d'Alexandre; mais il ne put ſoûtenir l'effort des Cadusiens & des Scythes, & ayant à peine tenté le combat, il ſe retira vers le Roi, ſans avoir fait autre choſe que de ſe rendre témoin du déſordre qu'il devoit empêcher. Alors le dépit d'Alexandre l'emporta ſur ſa premiere réſolution; il appréhendoit avec raiſon que le ſoin qu'auroit le ſoldat de recouvrer ce qui lui appartenoit, ne le divertit du combat; il envoya Aretés, chef des lanciers, qu'ils appelloient Sarissophores, contre les Scythes, pour venger cet affront. Cependant les chariots qui avoient rompu les premiers rangs, donnent juſqu'à la phalange, où les Macédoniens raſſurés, les reçoivent au milieu de leur bataillon. En s'ouvrant, ils firent voir comme deux remparts,

Interim barbari impedimenta turbaverant; æsisque plerisque custodum, captivi, vinulis ruptis, quidquid obvium erat, quo arnari possent, rapiunt: & aggregati suorum quitibus Macedonas, ancipiti circumventos nalo, invadunt; lætique circa Sisygambim, *icisse Darium, ingenti cæde prostratos hostes, ad ltimum etiam impedimentis exutos esse*, nuniant. Quippe eamdem fortunam ubique esse credebant, & victores Persas ad prædam discurrisse. Sisygambis, hortantibus captivis, *ut nimum a mœrore allevaret*; in eodem, quo ntea fuit, perseveravit. Non vox ulla excidit i: non oris color, vultusve mutatus est: sed edit immobilis (credo, præcoce gaudio veria fortunam irritare) adeo ut quid mallet, inuentibus fuerit incertum.

Inter hæc Amyntas, præfectus equitum Alexandri, cum paucis turmis opem impedientis laturus advenerat; incertum suone onsilio, an regis imperio. Sed non sustinuit Cadusiorum Scytharumque impetum: quippe ix tentato certamine refugit ad regem, amisorum impedimentorum testis magis, quam index. Jam consilium Alexandri vicerat dolor: & ne cura recuperandi sua militem a præo averteret; non immerito verebatur. Itaque Areten, ducem hastatorum, quos sarissophoos vocabant, adversus Scythas mittit. Inter æc currus, qui circa prima signa turbaverant ciem, in phalangem invecti erant. Macedoes confirmatis animis in medium agmen acci-

piunt. Vallo similis acies erat : junxerant ha
tas ; & ab utroque latere temere incurrentiu
ilia suffodiebant. Circumire deinde currus ,
propugnatores præcipitare cœperunt. Inge
ruina equorum aurigarumque aciem compl
verat. Hi territos regere non poterant : eq
crebra jactatione cervicum non jugum moc
excusserant ; sed etiam currus everterant. Vu
nerati interfectos trahebant : nec consiste
territi , nec progredi debiles poterant. Pauc
tamen evasere quadrigæ in ultimam aciem , ii
quibus inciderunt , miserabili morte consum
tis. Quippe amputata virorum membra hu
jacebant ; & quia calidis adhuc vulneribus ab
rat dolor , trunci quoque & debiles arma nc
omittebant : donec multo sanguine effusc
exanimati procumberent.

Interim Aretes , Scytharum , qui imped
menta diripiebant , duce occiso , gravius te
ritis instabat. Supervenere deinde missi a Dar
Bactriani , pugnæque vertêre fortunam. Mu
ergo Macedonum primo impetu obtriti sun
plures ad Alexandrum refugerunt. Tum Pe
sæ , clamore sublato , qualem victores sole
edere , ferociter in hostem , quasi ubique pr
fligatum , incurrunt. Alexander territos cas
gare ; adhortari ; prælium , quod jam ela
guerat , solus accendere : confirmatisque ta
dem animis , *ire in hostem* jubet. Rarior aci
erat in dextro cornu Persarum , namque in
Bactriani decesserant ad opprimenda imped

ou une double haie de piques croiſées, qu'ils enfonçoient çà & là dans le ventre des chevaux. Ils ne couroient nul riſque, parce que les chariots emportés par une grande viteſſe, paſſoient tout droit, ſans entamer les côtés. On les environna enſuite & on en fit tomber ceux qui étoient deſſus. Le champ fut tout à coup couvert de la multitude des hommes & des chevaux qui furent tués; les autres, dans l'épouvante, ne ſe laiſſoient plus conduire, & à force de ſe débattre, ils n'avoient pas ſeulement jetté leurs harnois, mais renverſé les chariots: les bleſſés entraînoient les morts, ſans pouvoir ni s'arrêter, à cauſe de leur effroi, ni avancer, à cauſe de leur foibleſſe. Quelques chariots percerent juſqu'à l'arriere-garde, après avoir fait un étrange ravage de tout ce qu'ils rencontrerent; les membres coupés étoient épars çà & là ſur la terre; les bleſſés, durant que leurs plaies étoient encore chaudes, n'en ſentant pas la douleur, tous tronqués & languiſſants qu'ils étoient, ne quittoient point pour cela leurs armes, juſqu'à ce qu'ayant perdu tout leur ſang, ils expiroient ſur la place.

Aretés, cependant, ayant tué le Colonel des Scythes qui pilloient le bagage, il les pourſuivoit avec ardeur, comme des gens étonnés de la perte de leur Chef; mais les Bactriens, que Darius envoya pour les ſoutenir, changerent la face du combat: ils renverſerent du premier choc pluſieurs des Macédoniens, & les autres, mis en fuite, ſe retirerent vers le corps de l'armée: les Perſes jetterent alors un grand cri, tel que les vainqueurs ont coutume de faire, & donnerent avec une extrême furie ſur l'ennemi, qu'ils croyoient entierement défait. Alexandre voyant ſes gens en déroute, les reprend, les exhorte, ranime lui ſeul le combat, & après avoir excité leur courage, il les ramene à la charge. Il s'apperçoit que l'aile gauche des Perſes étoit affoiblie, à cauſe des Bactriens qu'on en avoit détachés pour enlever le bagage: il enfonce ces rangs ainſi éclair-

cis, & taille tout en piéces. Les Perſes de l'aîle gau
che croyant le pouvoir envelopper, viennent l
prendre par derriere; déja ils l'expoſoient à un gran
danger; mais la cavalerie des Agriens y accourant
toute bride, chargea les Barbares qui le tenoiet
inveſti, & les força à coups d'épée de ſe tourne
vers eux. Les deux armées étoient mêlées dans l
bataille : Alexandre ſe trouvoit engagé au milie
des ennemis; ceux qui lui donnoient en queu
étoient preſſés par les Agriens, & les Bactriens reve
nus du pillage, ne pouvoient reprendre leurs rang
Plusieurs petites troupes détachées de leur gros
combattoient ſelon que le hazard lioit la partie.

Les deux Rois ayant comme joints leurs eſca
drons l'un à l'autre, enflammoient le combat: c
tuoit beaucoup plus de Perſes; mais le nombre d
bleſſés n'étoit pas si différent. Darius combattoit ſı
un chariot, Alexandre à cheval, l'un & l'autre er
vironné de gens d'élite, qui ne ſongeant qu'à ſauv
leur Roi, ne vouloient ni ne pouvoient lui ſurv
vre. Chacun croyoit honorable de mourir aux yeı
de ſon Prince; & la mort ſe préſentoit d'elle-mên
dès qu'on ſe mettoit en devoir de le défendre, parı
qu'on ſe diſputoit la gloire de tuer le Roi de ſa maiı
Soit que ce fût une illusion, ou une choſe vérita
ble, ceux qui étoient auprès d'Alexandre aſſurerem
*qu'ils avoient vû un aigle voler tranquillement un pe
au-deſſus de ſa tête, ſans que le bruit des armes, ı
les gémiſſements des mourants fuſſent capables ı
l'effrayer, & qu'il avoit paru aſſez long-temps com
me ſuſpendu en l'air autour de ſon cheval.* Il eſt ce
tain que le Devin Ariſtandre, revêtu de ſa rot
blanche, & un laurier à la main, montra cet oiſea

menta. Itaque Alexander laxatos ordines invadit, & multa cæde hostium invehitur. At qui in lævo cornu erant Persæ, spe posse eum includi, agmen suum a tergo dimicantis opponunt : ingensque periculum in medio hærens adisset, ni equites Agriani calcaribus subditis circumfusos regi barbaros adorti essent, aversosque cædendo in se obverti coëgissent. Turbata erat utraque acies. Alexander a fronte, & a tergo hostem habebat : qui averso ei instabant, ab Agrianis militibus premebantur: Bactriani, impedimentis hostium direptis reversi, ordines suos recuperare non poterant : plura simul abrupta a ceteris agmina, ubicumque alium alii fors miscuerat, dimicabant.

Duo reges junctis prope agminibus prælium accendebant. Plures Persæ cadebant; par ferme utrinque numerus vulnerabatur : curru Darius, Alexander equo vehebatur: utrumque delecti tuebantur, sui immemores. Quippe amisso rege nec volebant salvi esse, nec poterant. Ante oculos sui quisque regis mortem occumbere ducebant egregium. Maximum tamen periculum adibant, qui maxime tuebantur; quippe sibi quisque cæsi regis expetebat decus. Ceterum, sive ludibrium oculorum, sive vera species fuit; qui circa Alexandrum erant, vidisse se crediderunt, paululum super caput regis placide volantem aquilam, non sonitu armorum, non gemitu morientium territam : diuque circa equum Alexandri pendenti magis, quam volanti similis apparuit.

Certe vates Ariſtander, alba veſte indutus, & dextra præferens lauream, militibus in pugnam intentis avem monſtravit, *haud dubium victoriæ auspicium*. Ingens ergo alacritas ac fiducia paulo ante territos accendit ad pugnam. Utique poſtquam auriga Darii, qui ante ipsum ſedens equos regebat, haſta transfixus eſt; nec aut Persæ, aut Macedones dubitavere, quin ipse rex esset occisus. Lugubri ergo ululatu & incondito clamore gemituque totam fere aciem adhuc æquo Marte pugnantium turbavere cognati Darii & armigeri; lævoque cornu in fugam effuso, deſtituerant currum; quem a dextra parte ſtipati in medium agmen receperunt.

Dicitur acinace ſtricto Darius dubitasse, an fugæ dedecus honeſta morte vitaret. Sed eminens curru nondum omnem ſuorum aciem prælio excedentem deſtituere erubescebat. Dum inter ſpem & desperationem hæsitat, ſensim Persæ cedebant, & laxaverant ordines. Alexander mutato equo, quippe plures fatigaverat, resiſtentium adversa ora fodiebat, fugientium terga. Jamque non pugna, ſed cædes erat: cum Darius quoque currum ſuum in fugam vertit. Hærebat in tergis fugientium victor: ſed prospectum oculorum nubes pulveris, quæ ad cælum ferebatur, abſtulerat. Ergo haud ſecus quam in tenebris errabant; ad ſonitum notæ vocis, ut signum, ſubinde coëuntes. Exaudiebantur tantum ſtrepitus habenarum, quibus equi currum trahentes idemtidem verberabantur: hæc ſola fugientis veſtigia excepta ſunt.

aux ſoldats acharnés au combat, comme un augure aſſuré de leur victoire. Cela remplit d'ardeur & de joie les plus effrayés, ſur-tout, quand celui qui gardoit le chariot de Darius, & qui étoit assis devant lui, fut percé d'un coup de javeline. Les Perſes & les Macédoniens crurent également que c'étoit le Roi qui avoit été tué ; on entendit aussi-tôt des cris, des clameurs & des hurlements effroyables dans ſon armée ; & quoiqu'elle combattit encore avec pareil avantage, ils la mirent preſque toute en déſordre. Les Satrapes & les gardes de Darius, qui étoient à ſa gauche, fuyant avec précipitation, avoient abandonné le chariot, que ceux du côté droit reçurent au milieu de leur troupe.

On dit que ce Prince ayant tiré ſon cimeterre, fut en doute s'il devoit éviter une honteuſe fuite par une mort honorable ; mais paroiſſant ſur ſon char, il eut honte de laiſſer en proie ſes meilleurs ſoldats, qui ſoutenoient encore le combat. Comme il balançoit entre l'eſpérance & le déſeſpoir, les Perſes lâcherent le pied peu à peu, & éclaircirent leurs rangs. Alexandre ayant changé de cheval, après en avoir perdu plusieurs, ne ceſſoit de tuer & ceux qui lui réſiſtoient, & ceux qui fuioient. Ce n'étoit plus un combat, mais un maſſacre, lorſque Darius tourna aussi ſon chariot, & prit la fuite. Le vainqueur pourſuivoit les fuyards ; mais l'épaiſſe nuée de la poussiere qui s'élevoit de deſſous les pieds des chevaux, lui en déroboit la vue ; ils alloient à l'aventure, comme dans les ténébres, & ne ſe rallioient qu'au ſon de la voix. Il eſt vrai qu'on entendoit de fois à autre les coups de fouet dont on hâtoit les chevaux qui tiroient le chariot ; à ce signal ſeul on pouvoit reconnoître la trace de ſa fuite.

CHAP. XVI. Mais la fortune n'étoit pas la même à l'aîle gauche, que Parménion commandoit; elle ne favorisoit pas également l'un & l'autre parti: Mazée chargeant avec toute sa cavalerie les Macédoniens, les pressoit sur les flancs, & la multitude commençoit à les envelopper, quand Parménion envoya en diligence avertir Alexandre du danger où il se trouvoit, & que s'il n'étoit promptement secouru, il ne les pouvoit plus retenir. On apporta ces fâcheuses nouvelles au Roi, comme il étoit déja fort avancé à la poursuite des fuyards; obligé de quitter, il frémissoit de rage, & détestoit la fortune, qui lui ravissoit la victoire, & rendoit son ennemi plus heureux en fuyant, que lui en le faisant fuir. Le bruit de la défaite de Darius étoit venu jusqu'à Mazée, & quoiqu'il eût toutes sortes d'avantages, étonné cependant du malheur de son parti, il ne pressoit plus si vivement les ennemis ébranlés. Parménion ne pouvoit s'imaginer pourquoi le combat s'étoit ainsi rallenti tout à coup; mais en Capitaine prudent, il sçut bien se servir de l'occasion, & sans perdre de temps, & marchant vers la cavalerie Thessalienne, *Voyez-vous*, lui dit-il, *comme ceux qui, il n'y a qu'un moment, nous poursuivoient avec tant de chaleur, lâchent le pied, & sont saisis d'une subite terreur? Notre Roi a vaincu pour lui & pour nous, les Perses sont défaits, toute la campagne est jonchée de leurs morts; que tardez-vous? ne vous sentez-vous pas assez forts contre des gens qui fuient?*

Ce discours, apparemment véritable, leur rendit l'espérance & le courage, & poussant leurs chevaux à toute bride, ils chargerent l'ennemi, qui commença aussi-tôt à reculer avec tant de promptitude, qu'il ne leur restoit qu'à tourner le dos pour paroî-

CAP. XVI. At in lævo Macedonum cornu, quod Parmenio, sicut ante dictum est, tuebatur, longe alia fortuna utriusque partis res gerebatur. Mazæus, cum omni suorum equitatu vehementer invectus, urgebat Macedonum alas ; jamque abundans multitudine aciem circumvehi cœperat ; cum Parmenio equites nuntiare jubet Alexandro, in quo discrimine ipsi essent, nisi mature subveniretur ; non posse sisti fugam. Jam multum viæ processerat rex, imminens fugientium tergis ; cum a Parmenione tristis nuntius venit. Refrenare equos jussi, qui vehebantur, agmenque constitit : frendente Alexandro, eripi sibi victoriam e manibus ; & Darium felicius fugere quam sequi se. Interim ad Mazæum superati regis fama pervenerat. Itaque, quanquam validior erat ; fortuna tamen partium territus, perculsis languidius instabat. Parmenio ignorabat quidem causam sua sponte pugnæ remissæ ; sed occasione vincendi strenue est usus. Thessalos equites ad se vocari jubet. *Ecquid*, inquit, *videtis istos, qui ferociter modo instabant, pedem referre, subito pavore perterritos ? Nimirum nobis quoque regis nostri fortuna vincit. Omnia Persarum cæde strata sunt. Quid cessatis ? an ne fugientibus quidem pares estis ?*

Vera dicere videbatur, & spes languentes quoque erexerat. Subditis calcaribus proruere in hostem. Et illi jam non sensim, sed citato gradu recedebant, nec quidquam fugæ, nisi quod terga nondum verterant, deerat. Parme-

nio tamen, ignarus quænam in dextro cornu fortuna regis esset, repressit ſuos: Mazæus, dato fugæ ſpatio, non recto itinere; ſed majore & ob id tutiore circumitu Tigrin ſuperat: & Babylonem cum reliquiis devicti exercitus intrat. Darius paucis fugæ comitibus ad Lycum amnem contenderat, quo trajecto dubitavit an ſolveret pontem; quippe hoſtem jam affore nuntiabatur. Sed tot millia ſuorum, quæ nondum ad amnem pervenerant, ponte reciso, prædam hoſtis fore videbat. Abeuntem, cum intactum sineret pontem, dixisse conſtat, *Malle insequentibus iter dare; quam auferre fugientibus.* Ipse ingens ſpatium fuga emensus, media fere nocte Arbela pervenit.

Quis tot ludibria fortunæ, ducum agminumque cædem multiplicem, devictorum fugam, clades nunc singulorum, nunc univerſorum, aut animo assequi queat, aut oratione complecti? Propemodum ſæculi res in unum illum diem fortuna cumulavit. Alii qua brevissimum patebat iter, alii diversos ſaltus, & ignotos ſequentibus calles petebant. Eques pedesque confusi sine duce, armatis inermes, integris debiles implicabantur. Deinde, misericordia in metum versa, qui ſequi non poterant, inter mutuos gemitus deserebantur. Sitis præcipue fatigatos & ſaucios perurebat, paſsimque omnibus rivis poſtraverant corpora, præterfluentem aquam hianti ore captantes. Quam cum diu avidi turbidam hausissent, tendebantur extemplo præcordia premente limo;

tre avoir été mis en fuite : Parménion ne sçachant quel succès avoit eu le Roi à l'aîle droite, n'osa les pousser, & Mazée, au lieu de s'enfuir, gagna le Tygre, non pas par le droit chemin, mais par le plus long & le plus sûr ; il entra dans Babylone avec les tristes débris de l'armée défaite. Cependant Darius, peu accompagné, tira vers le fleuve Lycus, & l'ayant passé, délibera s'il romproit le pont, sur ce qu'on lui rapporta que l'ennemi le suivoit ; mais il considéra qu'en le rompant, plusieurs milliers de ses soldats, qui n'y étoient pas encore arrivés, seroient exposés à la fureur des ennemis. Il le laissa donc en son entier, & dit en partant ; *Qu'il aimoit mieux donner passage à ceux qui le poursuivoient, que de l'ôter à ceux qui se sauvoient.* Après avoir traversé une longue étendue de pays, toujours en fuyant, il arriva sur le minuit à Arbelles.

Qui pourroit concevoir, ou assez dignement exprimer tous les tours que la fortune joua aux uns & aux autres en cette fatale journée, le meurtre de tant de Capitaines & de soldats, tant de genres différents de mort, la déroute, la fuite des vaincus, le carnage & l'horreur des vaincus en général & en particulier ! On eût dit que la fortune avoit pris plaisir d'assembler en un jour les aventures de tout un siécle. Les uns fuioient par les chemins les plus courts & les plus aisés, les autres gagnoient les bois & les détours inconnus aux victorieux. Vous eussiez vû l'infanterie & la cavalerie, ceux qui étoient armés, & ceux qui ne l'étoient point, sains, malades, blessés, pêle-mêle, sans chef, sans conduite, dans un désordre & une confusion épouvantable. Ceux qui ne pouvoient suivre étoient abandonnés de leurs compagnons avec des larmes & des gémissements réciproques ; mais la pitié cédoit à la peur, & le soin d'autrui au propre intérêt. Sur-tout, la soif les pressoit avec une extrême violence, provoquée par leurs plaies, & par l'excessive fatigue. On ne voyoit le long des ruisseaux que gens cou-

chés ſur le ventre, qui buvoient dans le courant de l'eau avec une avidité extraordinaire ; mais en croyant étancher leur ſoif, ils avaloient du limon qui leur faiſoit aussi-tôt enfler les entrailles avec une telle péſanteur, qu'ils demeuroient comme perclus de leurs membres, juſqu'à ce que l'ennemi ſurvenant, les réveilloit par de nouvelles bleſſures. Quelques-uns trouvant les prochaines rives occupées, alloient plus loin recueillir le peu d'eau qu'ils découvroient dans les lieux les plus cachés. Enfin, il n'y eut mare ni fondriere si écartée, ni si corrompue, qui ſe pût dérober à la ſoif de tant de gens qui cherchoient à ſe déſalterer. On étoit touché de compassion en entendant ſur les chemins proches des villages, les clameurs des femmes & des vieillards, qui d'un accent lugubre, & à la façon des Barbares, appelloient encore Darius *leur Seigneur & leur Roi.*

Alexandre, comme nous avons dit, ayant arrêté l'ardeur des siens, étoit arrivé au fleuve Lycus. La multitude des fuyards avoit rempli le pont, & plusieurs preſſés par les ennemis, s'étoient précipités dans l'eau ; chargés de leurs armes, & haraſſés du combat & de la fuite, ils furent miſérablement engloutis. Déja, non-ſeulement le pont, mais le fleuve regorgeoit du concours des troupes qui venoient impétueuſement s'entaſſer les unes ſur les autres. La peur a cela de particulier, que quand elle a une fois ſaisi les eſprits, ils ne ſont plus capables de rien craindre que l'objet de leur premiere frayeur. Les Macédoniens faiſoient grande inſtance pour qu'on leur laissât pourſuivre l'ennemi, qui ne leur pouvoit échapper. Le Roi leur remontra ; *que leurs armes étoient émouſſées, leurs mains laſſées de tuer, & leurs corps épuiſés par une si longue courſe, & qu'au ſurplus la nuit approchoit.*

Le vrai motif qui le faiſoit parler ainsi, eſt qu'il étoit inquiet de l'aîle gauche, qu'il croyoit encore engagée dans le combat, & qu'il avoit réſolu de retourner pour la ſecourir. Il n'eut pas si-tôt tourné

resolutisque & torpentibus membris, cum supervenisset hostis, novis vulneribus excitabantur. Quidam, occupatis proximis rivis, diverterant longius, ut, quidquid occulti humoris usquam manaret, exciperent. Nec ulla adeo avia & sicca lacuna erat, quæ vestigantium sitim falleret. E proximis vero itineri vicis senum ululatus feminarumque exaudiebantur, barbaro ritu Darium adhuc regem clamantium.

Alexander, ut supra dictum est, inhibito suorum cursu ad Lycum amnem pervenerat; ubi ingens multitudo fugientium oneraverat pontem, & plerique, cum hostis urgeret, in flumen se præcipitaverant, gravesque armis, & prælio ac fuga defatigati gurgitibus hauriebantur. Jamque non pons modo fugientes; sed ne amnis quidem capiebat, agmina sua improvide subinde cumulantes. Quippe, ubi intravit animos pavor, id solum metuunt, quod primum formidare cœperunt. Alexander instantibus suis, *impune abeuntem hostem sequi permitteret: hebetia tela esse, & manus fatigatas; tantoque cursu corpora exhausta, & præceps in noctem diei tempus* causatus est.

Re vera de lævo cornu, quod adhuc in acie stare credebat, sollicitus, reverti ad ferendam opem suis statuit. Jamque signa converterat; cum equites, a Parmenione missi,

illius quoque partis victoriam nuntiant. Sed nullum eo die majus periculum adiit, quam dum copias reducit in castra. Pauci eum & incompositi sequebantur ovantes victoria. Quippe omnes hostes aut in fugam effusos, aut in acie credebant cecidisse. Cum repente ex adverso apparuit agmen equitum, qui primo inhibuere cursum; deinde Macedonum paucitate conspecta, turmas in obvios concitaverunt. Ante signa rex ibat dissimulato magis periculo, quam spreto: nec defuit ei perpetua in dubiis rebus felicitas. Namque præfectum equitatus avidum certaminis, & ob id ipsum incautius in se ruentem, hasta transfixit. Quo ex equo lapso, proximum, ac deinde plures eodem telo confodit.

Invasere turbatos amici quoque; nec Persæ inulti cadebant: quippe non universæ acies quam hæ tumultuariæ manus, vehementius iniere certamen. Tandem barbari, cum obscura luce, fuga tutior videretur esse quam pugna, diversis agminibus abiere. Rex, extraordinario periculo defunctus, incolumes suos reduxit in castra. Cecidere Persarum, quorum numerum victores finire potuerunt, millia XL; Macedonum minus quam CCC desiderati sunt. Ceterum, hanc victoriam rex majore ex parte virtuti quam fortunæ suæ debuit; animo, non ut antea loco vicit. Nam & aciem peritissime instruxit: & promtissime ipse pugnavit: & magno consilio jacturam sarcinarum impedimentorumque contemsit, cum in ipsa acie

ſes enſeignes, que des cavaliers, de la part de Parménion, lui apporterent les nouvelles de la victoire qu'il avoit aussi obtenue de ſon côté. Dans tout ce jour, il ne courut point tant de danger qu'en ramenant ſes troupes au camp ; il étoit ſuivi de peu de gens qui ſe retiroient en déſordre, ſe réjouiſſant de la victoire, & croyant tous les ennemis morts ou défaits, lorſque tout-à-coup il parut un gros de cavalerie, qui d'abord tint bride en main, puis ayant reconnu le petit nombre des Macédoniens, les chargea vivement. Le Roi marchoit à la tête de ſa cornette, dissimulant plutôt le danger qu'il ne le mépriſoit ; mais ſa bonne fortune, qui ne lui manquoit jamais au beſoin, ne l'abandonna pas encore en cette occasion. Le chef des ennemis, tranſporté d'un désir de gloire, l'ayant attaqué aſſez inconsiderément, il le renverſa de cheval & le tua ; il perça du même javelot le plus proche, & plusieurs autres enſuite.

Ses ſoldats en même-temps donnent ſur les Perſes, étonnés d'un commencement si bruſque, mais qui ſe défendoient avec courage, & périſſoient avec honneur. Les deux armées entieres n'avoient point plus furieuſement combattu que ſes troupes, qui ne gardoient aucun ordre. Les Barbares voyant que la nuit leur étoit plus propre pour la retraite que pour le combat, ſe ſéparerent par bandes, & ſe retirerent. Le Roi échappé d'un si grand danger, ramena ſes gens au camp ſans aucune perte. Il mourut en cette journée, de ceux dont le vainqueur pût faire le dénombrement, juſqu'à quarante mille Perſes, & un peu moins de trois cens Macédoniens. On ne peut nier qu'Alexandre n'ait eu plus d'obligation de cette victoire à ſa conduite qu'à ſa fortune, & qu'il ne vainquit pas, comme l'autre fois, par l'avantage du lieu, mais par la force de ſon courage : il diſpoſa ſon armée en grand Capitaine, & combattit lui-même très-vaillamment. Il agit prudem-

ment, de ne se pas soucier de la perte du bagage; voyant bien que tout dépendoit du gain de la bataille, & quoique le succès fût encore douteux, il se conduisit toujours en vainqueur. Quand il vit les ennemis ébranlés, il les enfonça, les mit en déroute, & ce qui n'est pas aisé à croire d'un esprit si bouillant, & dans la chaleur du combat, il poursuivit les fuyards avec plus de prudence que d'ardeur. S'il se fût emporté à les suivre pendant qu'une partie de son armée étoit encore aux mains, ou il eût été vaincu par sa faute, ou il n'eût obtenu la victoire que par la valeur d'autrui. Enfin, s'il eût été intimidé à la rencontre de ce grand corps de cavalerie, qui vint s'opposer à lui, il se trouvoit réduit, quoique victorieux, ou à prendre honteusement la fuite, ou à perdre misérablement la vie. Il n'est pas juste non-plus de frustrer les Chefs des éloges qui leur sont dûs : leurs blessures furent autant de marques de leur valeur. Epheston eut un coup de javelot dans le bras, Perdiccas, Ménidas & Cénus coururent risque d'être tués à coups de fléches ; & si nous voulons estimer les Macédoniens de ce temps-là selon leur prix, il faut avouer que ce Roi étoit digne de tels hommes, & ces hommes dignes d'un tel Roi.

Fin du premier Volume.

ſummum rei videret esse discrimen : dubioque adhuc pugnæ eventu pro victore ſe gessit : perculsos deinde hoſtes fudit : fugientes, quod in illo ardore animi vix credi poteſt, prudentius quam avidius persecutus eſt. Nam si parte exercitus adhuc in acie ſtante, inſtare cedentibus perseverasset ; aut ſua culpa victus esset, aut aliena virtute vicisset. Jam si multitudinem equitum occurrentium extimuisset ; victori aut fœde fugiendum, aut miserabiliter cadendum fuit. Ne duces quidem copiarum ſua laude fraudandi ſunt ; quippe vulnera, quæ quisque excepit, indicia virtutis ſunt. Ephæſtionis brachium haſta ictum eſt. Perdiccas, ac Cœnus, & Menidas, sagittis prope occisi. Et, si vere æſtimare Macedonas, qui tunc erant, volumus ; fatebimur, & regem talibus miniſtris, & illos tanto rege fuisse dignissimos.

Finis primi Voluminis.

TABLE

Des choses les plus remarquables, contenues dans ce Volume.

A.


6





